

AB

51 $\frac{16}{h,31}$

~~bu 30 a~~ D. g. 72

LVCANISCHE BIBLIOTHEC

1 7 3 9.




1 7 3 9.

~~XV~~ 707.



Johannes Halberst. 1739.
ex hered. patery.





Gezeichnet von Johann Baptist
1748
Gedruckt bey der Buchhandlung
des
Herrn
Hofrathen
Johann Baptist
in
der
Königl. Residenzstadt
München
bey
Johann Baptist
Hofmann
in
der
Königl. Residenzstadt
München



Germanos inter Populos BOIE
MIA Regnum
Constituit, Populi fortis et acris
opus. Georg: Fabricius.



M. Ioh. Campani
CZECHIAS:


Soc est,

DUCUM & REGUM
Czechicorum
(vulgo Bohemicorum)

Scia graphia
Notis ac Symbolis ex
sistis Iconibusq ad vivum
expressis illustrata,
per

Tob. Hauschkoniū.





M. I. O. N. C. A. M. O. N. I. A.
C. A. E. C. H. I. A.
D. I. C. H. I. M. O. R. I. E. N. T. I. S.
C. A. E. C. H. I. C. O. T. I. A.
C. A. E. C. H. I. C. O. T. I. A.
C. A. E. C. H. I. C. O. T. I. A.
C. A. E. C. H. I. C. O. T. I. A.
C. A. E. C. H. I. C. O. T. I. A.
C. A. E. C. H. I. C. O. T. I. A.
C. A. E. C. H. I. C. O. T. I. A.

257



CECHIAS,

five

BOHEMIA HENETA,
DUCUM & REGUM,

qui Veterum Bojorum sedes
ab Henetis occupatas tenuerunt,
Bohemisq; præfuerunt ac profue-
runt, *σκιαγραφίαν* complexa,

Studio

M. Johann. Campani Boh.

ante 47. an. Pragæ edita,

jam verò Notis brevissimis, &c.

TOBIÆ HAUSCHKONII, T. B.

nonnihil illustrata,

Anno *Salutis* CIO IXC LX.

GORLICI, ex Officinâ MART. HERMANNI.



JOH. AVENTINUS, in Præfat. An-
nalib. Bojorum præmissa:

Res præclara, *inquit*, magna, & gene-
rosis animis digna, mortuis vitam dare,
obsoletis nitorem, obscuris lucē, dubiis
fidem, mortalibus immortalitatem.

Item: Mihi Divinarum literarum thesaurum
perscrutanti compertum est, DEUM *Opt. Max.*
ut donum peculiare sacrumq; solis sacro sanctis
Vatibus scribendæ Historiæ officium concessis-
se. Ubi tanquam in speculo vitas omnium u-
nusquisq; nostrum inspicit, atq; ex aliis sumit
exemplū sibi, & quid facto opus sit admonetur.

Paulo post: Propriorum nominum diligens
& accurata observatio plurimum lucis adfert
Historiæ: neglecta tenebras offundit, infinitosq;
pariter errores.

Non in uno loco admonet *Strabo*, autor gra-
vis imprimis, Nomina pro varietate sermonum
variè offerri. Nullā in re frequentius turpiusq;
peccatur: ac ibi facilè, alioquin Eruditos,
sæpius nugari deprehendes.

LECTORI BENEVOLO,
Historiæ Poëticæ Amatori æstima-
toriq; candido.

Multi multa, L. B. de rebus ac Regibus Bohe-
micis ediderunt, Posteritatiq; legenda credi-
derunt. Internotiores ac potiores, qui Latino scri-
pserunt idiomate, octo fermè numerantur: Cosmas
nimirum Pragensis, Æneas Sylvius, Johannes
Dubravius, Georgius Bartholdus Pontanus, Ju-
lius Solimanus, M. Procopius Lupacius, M. Za-
charias Theobaldus, & M. Paulus Strausky Za-
penus: quibus merito accensendus est Venceslaus
Hagecius, è Bohemico Germanicus factus. De quo-
rum aliquo tamen si forsàn illud Sannazarii non in-
congruè posset usurpari:

Dū Patriam laudat, dum damnat Poggius hostē,


Nec malus est Civis, nec bonus Historicus.

Ego tamen, iudicium cuiq; relinquo integrum.
Neg; verò Res Bohemorum Historico tantùm con-
textæ sunt stylo, sed simul etiam Poëtico filo. Prostat
quippe iam diu Bohemais Pantaleonis Candidi:
leguntur Duces & Reges Bohemor. Caspari Cro-
pacii: circumferuntur de iisdem Monosticha Mar-
tini Cutheni, &c. omnia non semel recusa, atq; his-
illos Codicibus inserta. Verùm quia hæc admodum
curta; ista maiori ex parte mutila; illa nimis pro-

lixæ, in Nominibus etiam propriis valde distorta:
desiderabatur sanè à nonnullis aprior & aperior Eo-
rum descriptio. Quam etsi multi tentarunt, nulli
tamen (quod sciam) absolverunt: vel certè abolu-
tam cum blattis ac tineis commercium habere coëge-
runt. Prodiit tandem M. Johannis Campani
(Professoris quondam Poëtos, Græca L. & Histor.
Praga in Academiâ Carolinâ præcipuè) Czechias,
hoc est Ducum & Regum Czechicorum (vulgò
Bohemiorum) σκιαγραφία, mox inde à Czechio
primo Gentis Conditore, ad D. Matthiam usq; κατὰ
ὑποπροποιοίαν nervosissimè cōtinuata sed paucissi-
mis exemplarib; contenta, Favoribusq; dumtaxat
Primariis (ut fieri sum solebat) communicata. Quã
cum diu expetitam, nuper in Amici cuiusdam Sche-
dis neglectim habitam conspexissem, à situ & squa-
lore vindicavi: publicaq; luci, ex consilio plurimo-
rum, additis brevibus Scholiis & Iconibus genui-
nis, Symbolisq; hinc inde conquisitis vendicavi.
Quod meū studiū, quãvis vile forsàn & exile vide-
bitur prodesse tamē Inveniunt nonnihil poterit, cum
ad Histor. Bohem. planius ac plenius intelligendã,
sum ad res magnas simili subtilitate utilitateq; in-
cludendas: quod vel tuo, L. B. calculo approbandum
committo. Ceterum, quia in Nominibus Bohe-
morum propriis exprimendis Historici mirè vari-
ant, præsertim exteri, tanquam analogia ad aquata
ignari, operæ precium fore putavi, si succinctam
hic

hic eorum mentionem facerem, & cupidum Veritas
eis informarem. Primum omnium offeri se Nomen
primi Ducis Czechii, vel potius Cechi, excusien-
dum: quod nullo modo extraneus pronunciare pore-
rit, nisi Bohemicum C. punctatum (vel vice puncti
litera Z. suffultum) in Tsch Germanicum resolve-
rit: & sic Tschechium vel Tschekum, atq; inde
ipsos Bohemos Tschechos, quamvis non satis adhuc
proprie, appellaverit. Huc accedit & illud. Slavos
Bohemorum Aborigines, perperam Sclavos, ab
Historicis lingua illorum ignavis vocari, ut recte
id ex Autoribus variis observavit Melchior Gol-
dastus, I. C. de Regni Bohem. iurib. ac privil. Lib.
I. c. 9. Slawa quippe Bohemis Gloria dicitur:
Hinc Slavi, gloriosi ob res gestas: ut & omnia Nomi-
na Venceslavi, Boleslavi, Bretislavi, Sobeslavi,
Wratislavi, Wladislavi: (contracte Venceslai, Bo-
leslai, Bretislai, Sobeslai &c.) ex hoc fonte deri-
vata. De Johannis Zischka (vulgo Ziska) a
Trocznovy nomine exprimendo, non minor est a-
pud Autores variatio: qua ex eodem prodiit Latice.
Sed facilis est eius correctio: si litera Z. a quod Bohe-
mos punctata, cum S & Germanico, vel potius G.
molliori Gallico proferatur: & Zischka Bohemicus,
Germanice Zschiska pronuncietur. Quod alia
concernit nomina, in eis non ita multum superest mo-
menti, & poterunt ex hoc opusculo, in Historicis pas-
sim & sparsim posita, incidenter emendari. Sed iam,

L. B. Elogia huius Libelli, tandem ipsos Duces ac
Reges de se loquentes audias, mihiq; ignoscas, si ali-
cubi tuo non satis fecero gustuis & scias me procul à
Typographéo remotum, omnia ex amussim dispone-
re non potuisse. Proinde igitur humanitate
Da veniam subitis; non displicuisse meretur, Festi-
vat Patriæ qui placuisse suæ! P. S.



HORAT. Lib. 4. Carm. Od. 9.

Vixere fortes antè Agamemnona
Multi: sed omnes illacrymabiles
Urgentur, ignoti q; longâ
Nocte; carent quia Vate saturo

TIBULLUS Lib. 1. Eleg. 4.

Quem referunt Musæ, vivet, dū robora tellus,
Dū Cælū stellas, dum vehet amnis aquas.

OVIDIUS, Lib. 4 de Pon.

Carmine fit vivax Virtus, expersq; sepulchri
Notitiam seræ posteritatis habet.

LUCANUS Pharsal Lib. 9.

OSacer & magnus *Fatum labor*, omnia fata
Eripis, & donas populis mortalibus ævum!

P. MELISSUS, in Epigrammate, Du-
cib. & Regibus Bohem. Caspari Cropa-
cii, P. L. C. præfixo.

Vixe-

Vixeris insignis multo celeberrq; triumpho,
Patribus & Virtus haud sit Avisq; minor:
Ni tamen Historiis *Nomen* mandetur *honorum*,
Quid laudis tacito posthuma fama feret?
Hæc demum vita est in PRINCIPE, dū sibi *Vates*,
Inq; *suo* PRINCEPS *Vate*, superstes agit.

FRAGMENTUM CARMINIS, ante
CXII annos scripti, à M. Matthæo Colino,
Profess. Pragenfi, hūc consultò ac-
commodatum.

Si pariterq; oculos, & mentem pascere chartis
Atq; ad honestatem calcas habere velis,
Hunc emito parvum tibi, Lector amice, Libellum:
Sic duplici poteris utilitate frui.
Nil habet obsceni prorsus, nil aure pudicā
Indignum, noceat quodq; videre probis:
Picta sed hic prostant Regum simulacra Ducumq;
Clara Bohemorum sub quibus ora fuit.
Non melius docti manus Hos potuisset Apellis
Pingere, quàm pictos iste Libellus habet.
Invenies etiam mirā brevitate relatum,
Pictorum fuerint qualia gesta Ducum.
Huc ad sis igitur prisca Virtutis amator,
Indè viam vitæ sume modumq; tuæ.
Fortia consuescas imitari facta Priorum;
Et fugere, antiquis quæ nocuere Viris.

(4)

Sic

*Sic habuit quondam Romanus Stemma suorum,
Cumq; suis titulis nomina picta, Patrum:
Scilicet ut cernens Majorum facta caveret
Fæde à Cognatis degenerare suis.
Errat enim quisquis Virtutem posse parari
Aere putat, segnes effugit illa manu. &c.*

ALIUD FRAGMENTUM ELEGIÆ, ante
te annos XC scriptæ, à Davide Crinito Boh. (cu-
jus Eteosticha majori ex parte huic Libello
sunt inserta) paucis sub fin.
additis.

Qui benè doctorū volvit monumēta Virorū,
Et magnā Historias sedulitate legit:
Quanta fuit semper rerum mutatio, quanti
Motus, non dubiā colligit indè fide.
Humanas volucris *Fatum* res cardine versat,
Et rotat instabili cuncta creata manu.
Annon, quæ tenui, Villa, est habitata colono,
Quæquæ habuit laceras cespite tecta casas:
Mœnia nūc, celebresq; domos sustollit in auras,
Et variis circum visitur aucta bonis?
Roma quid antè fuit, quàm consignavit aratro
Martius ingentis *Romulus* Urbis opus?
Et, quàm taurino fuerat circumdata tergo,
Ecquis *Agenore* tunc fuit *Urbis* honor?
Clara fuit quondam *Bizantia*, clarior atqui
Est *Constantini* nomine facta pii. Cre-

Crevit ab exiguis scelerata potentia *Turca*
Principiis, magnis aucta subindè malis,
Quod decus antè fuit *Patria*, vel gloria *nostra*,
Cùm fuerat nullis nempè habitata *Viris*?
Frugibus apta licèt, Tellus inculta, ferendis,
Quæ delectarent, commoda nulla tulit.
Dives & argenti venis, fulviq; metalli,
Pauper erat propriis non minùs illa bonis.
Ast ubi in has terras quondam venisset ab oris
Princeps, cum *Lecbo*, *CZECHUS*, *Illyricis*:
Quisque suum faciebat opo, labor ipse voluptas,
Tunc invisã *Viris* segniciesq; fuit.
Ille rudem curvo terram scindebat aratro,
Pingvia & in versam semina jecit humum:
Hic validis arcum doctus vibrare lacertis,
Figebat volucres, Sylvicolasq; feras:
Ast alius terræ rimando viscera *Matris*,
Congessit cupidã fulva metalla manu.
Talibus auspiciis deserta *Bohemia* crevit,
Et facta est meritis *ampla* deinde suis.
Qualis at interea fuerit *Fortuna* sequuta,
Hujus *qui* Terræ frena tulère *Duces*:
Quàm fuerint *illis* fortes in prælia dextræ
Solo & vicinis nomine terribiles;
Singula subtili *Campanus* carmine pangit,
Ad sua deducens tempora *Regum* apicem.
Quisquis es, hæc relegas, imitãdaq; sume, daturq;
Quondam etiam *Patriæ* commoda grata tua.

PHI-

PHILIPPUS MELANCHTHON, in
Præfat. super Cantilenas Euangelicas M. Ven-
ceslai Vodniani Boh. An. 1554. Wittebergæ
impressas, inter alia sic com-
mentatur.

GENS Heneta, *quæ nunc Bohemiam tenet, olim
vicina fuit Phrygiæ, ut ex Homero (Iliad. 2.)
manifestum est: postea infusa in Illyrium, & pro-
gressa in Sarmatiam ac Germaniam, Europæ ma-
gnam partem complevit. Nec verò armis tantùm
constitui Imperia possunt: Quare consentaneum est
intellectum Iustitiæ & Civilium officiorum ac disci-
plinam honestam in Eâ Gente semper viguisse; cum
quidem Jonicæ Genti in Asiâ, quæ Artium culturâ,
& omnibus Civilibus ornamentis superavit pluri-
mas Gentes, permixta fuerit. Nunc quoq; pulcritu-
do Urbium & gravitas disciplina in Bohemiâ o-
stendit, magnam fuisse Majorum Sapientiam &
Virtutem. Ac multis sæculis fortitudine & usu
militiæ Gens Bohemica vicinis omnibus antecel-
luit. Cùmq; ante annos centum ibi multa membra
Doctrinæ Christianæ illustrata sint, Studia litera-
rum floruisse in Eâ Gente apparet: quâ in re Docto-
res Pietatem suam eo ostenderunt, quòd omnibus pe-
riculis Confessionem Veritatis prætulerunt.*

NB. Confer. Geor. Sabini Epist. 11. Poëmatib. annexam, ubi
multa de Henetis ex Autorib. antiquis, digna scitu, allegat.

PAN-

PANTALEON CANDIDUS Austria-

cus, in Præfat. Bohemaidi suæ præfixâ:

Anno clō. 15. XXCVII.

INter Imperia & Gubernationes populorum in Mundo, non postrema est *Bohemici Populi* gloria, & ejusdem *Regni* administratio ac Majestas. *Bohemi*, ut & *Poloni*, *Slavi* sunt, qui cum *Henerâ* Gente & *Sauromatis* ὁμόγλωττοι fuerunt, &c. Semper a. *Gentes illa* eximiâ Virtutum laude celebres extiterunt, & *Duces* ac *Reges*, Sapientiâ, Religione & Fortitudine præstantissimos habuerunt, quorum Virtute ac moderatiōe (DEO ipsorum laboribus benedicente) effectum est, ut *Regnum illud* summam Honoris, Opulentia ac Felicitatis gloriam atq; existimationem reporter.

NB Confer. Marquardi Feheri Præfat. Historicis Bohem. præmissum.

ÆNEAS STLVIVS (ut ipse Histor. Boh. c. 58. refert) Imper. Friderici nomine ad Bohemos in Comitibus sic inter alia differit: Si Virtus Claritasq; pensanda est, quis *Bohemico Nomini* non invideat, *cuius* Victorias tempestate nostrâ plures numerare licet, quàm reliquæ Gentes omnibus sæculis comparare potuerint? &c.

JOH. HENRICUS ALSTEDIUS, in Thesauro Chronol. §. XXVII. pag. 251. Lingua *Arabica* in toto Oriente est usitata: *Slavonica* in multis partibus Ori-

Orientis, Septentrionis, & Meridiei. *Covradus Gesnerus*, in *Mithridate*, recitat LX populos, qui hodiè utuntur linguâ *Slavonicâ*. Pragæ in Templo *Slavorum* visitur tabula, in quâ enumerantur LXXIX populi, qui hac linguâ utuntur.

NB. * De Origine *Slavorum*, *Croatarum*, *Dalmatarum*, *Illyriorum*, &c. à quibus *Bohemia* & *Polonia* suam deducunt Stirpem, videatur Oratio erudita *Vincenstis Præbæii*, quæ subnexa est Consultationi *Thoma Lapsii*, Amstelodami in 8. maj. Impressa: ubi multis ostendit rationibus, præter aliquot Imperatores, Reges, Duces, & Heroes, illustriores, ipsum quoq; *Alexandrum M.* & *Aristotelem Philosophum*, *Illyrios* fuisse.



Ad Regni Bohem. Insignia, LEONE
ALBO, IN CLTPEO PURPUREO,
fulgentia.

Rex LEO quadrupedum, Boiemi insignia sceptri,
Gens ea quàm præstet robore; clara docens.

Finibus in mediis, Regnum, Germanidos ora,
Est virtutis opus, constituisse sibi.

Regnarunt; fluit ima dies: DEVS ALME, Leonē
Serua! quò ductus est vigeatq; tuo!

M. Procopius Lupacius ab
Hlavazova.

ALIUD.

Ecqua, VLADISLAVS quòd pro Jovis alite signū
Bojemis, posuit Te, LEO, caussa subest?

CANS.

*Causam nemopetes, tua cui Natura, simulq;
Tam magnæ virtus cognita Gentis erit.
Bojemis validum pectus, proceraq; pulchrè
Forma, oculorum acies ignea, fronsq; patens.
Bojemis vestita comis & Martia cervix,
Belligeraq; manus, intrepidiq; pedes.
Bojemis mens est audax, sublimis, ad iram
Tarda, sed hæc vehemens, cauta, animosa, ferox.
Undè LEO, huic tantæ tuæ vis est insita Gentis?
Fallor? an Astro quòd subiacet Illa tuo? (GIS
Quàm bene fausta iaces Bojemia! quàm bene RE-
Consilio arguti stemma LEONIS habes!
Magnos magna decent Gestamina, parvaq; parvos:
IV signo haud poteras nobiliorè frui.*

Salomon Frencelius à
Fridenthal.

ALIUD.

*Dum varias peragrare plagas, & quætere sedem
Cura fuit populo, qui tibi CZECHÆ comes;
ALES erat Jovis insignis: Nam more volacris
Longinquis placuit præda petita locis.
Sed postquam statuit mediis Germanidos oris
Imperium, Populi fortis & acris opus:
Mutatam Volucrem subire LEO fortis & acris.
Nec frustra: similes Gensq; LEOq; sibi.
Magnanimus, pugnax, & nulli cedere constans
Scis LEO, subiectis mitior esse solet.*

Isidorus

hisdem etiam Bojūm donis Gens auēt̄ a veluce,
Et plus Virtutis quā feritatis habet.
O magnum, quem Gens exornat tanta, **LEONEM!**
O magnam Gentem, cū decus iste **LEO!**
Petrus Capella ab Elbing.

VOTUM, pro Leone Bohemico.

CHRISTE LEO ē JUDA CZECHICO succurre *Leoni,*
Irrita in *Hunc* Stygius jactet ō arma Leo!


EPIGRAMMA

In Cechiadem M. Joh. Campani.

Regibus Herciniis Vitam CAMPANUS & annos
Carminē Phœbēo veridicoq; dedit.

Quām bene donatum! Donum *ambo,* & qui de-
dit, & qui

Sum sit habent. Carmen vivere *utrosq;* facit.
Dicite, num dederit plus, annē receperit, istud
Regibus Herciniis quando paravit opus?



¶ NB. ¶

Quod superest, L. B. si quædam hīc σφάλματα of-
fenderis, ne quæso offendaris. Etenim si quis totus
Argus, si hīc tamen se Tiresiam cæcum deprehendet,
nec facile alienos naevos reprehendet. Adeo laborio-
sum est omnia commata, vel omissa vel perperam
admissa,

admissa, recensere: quae tamen Tu ipse pro Tuā Ho-
manitate restituas, & simul in prima plagula o-
mnes numeros interlineares subtili parenthesi inclu-
das; quemadmodum in seqq. factum est. Pag. 29.
lin. 5. Particula Quam debet esse absq; rono et com-
mate addito. Pag. 33. l. 8. Comma subiice Verbo
agit. Ibid. scribe populatur Pag. 68. l. 11. Austri-
acis. Pag. 71. l. 17. primuna. Pag. 80. l. 11. ex-
emplum. Pag. 81. l. 23. pro (4.) scribe (14.) Pag.
84. l. pro T. sic T. Pag. 86. l. 11. scribe Zaulus. Ibid.
l. 20. Zischka, ut & in seqq. Pag. 97. l. 18.
scribe via absq; circumfl. & c.

V. F.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.





DUCES BOHEMORUM
PAGANI, sive E-
THNICI.

I. CECHUS (al. CZECHIUS)
Dux Bohem.



CECHUS ego, *Hercyniis* Fato datus incola
Regnis, (r)
Qui fuerim, ut noris, hæc tibi, Lector, habe.
A Flos

Flos *Heneta gentis* (2) vitæ *mibi* præbuit auras,
 Et fueram Patriæ pars *ego* magna meæ.
 Penè *mibi* puero nova quærere Regna placebat,
 Inq; suum furtim Fama trahebat opus.
 Quid moror? *Hercyniã* properè feror exul in *orã*,
 Et fugio patriam, cæde cruentus, humum. (3)
 Jã tenui campos, ubi Mons (4) circumspicit undas
 Hinc celer *Oegra* tuas, hinc vage *Mulda* tuas: (5)
 Cùm pastor rudis & caulis contentus avitis
 In mores nostros juraq; *Boius* (6) abit.
 Verba placent etiã *indigena* mea, tempore parvo
 Edidicit nostros gnaviter *ille* sonos. (7)
 Talibus auspiciis Urbes, villæ, oppida, surgunt,
 Structaq; , *LECHE* (8) tuã *Caurima prisca* (9) manu.
Qui simul hæc fatis succedere cernis amicis,
Ipsè pari studio Regna parare paras.
 Dum *se* Terra patens, (10) eadẽ ingeniosa colenti
 Cernit, ubi lætos *Istula* lambit agros. (11)
 „ Sic benè palma suis interdum avellitur agris!
 „ Sic benè translata mitia poma beant!

(1) *Intra Hercyniam sylvam sitis, ut Bohemia, Moravia &c.* (2) *Qua olim vicina fuit Phrygia, post infusa in Illyriam, aliquot Nationum mater existit. Zacharias Theobaldus in Genealog. Ducum & Regum Bohem. pag. 6. 7.* (3) *Consulatur A Eneas Sylvius Hist. Boh. c. 3. & Iohannes Dubravius l. 1. Hist. Boh. necnon alii Hist.* (4) *Zitt, in medio fere ac opt. tractu Bohem.* (5) *Fluvii Bohem. quorum iste aliter Vultava dicitur.* (6) *Reliqui veterum Bojorum, sive Bojohemorum, qui Bohemia nomen dederunt.* (7) *M. Paulus Stransky in Repub. Boh. cap. 4 p. 148.*

DVCEs BOHEM.

3

(8) Lechus, *frater junior Cechi.* (9) *Urbs Bohem. vetustiss. propriis suis Ducibus aliquandiu subjecta* (10) *Polonia.* (11) *V Ven-ceslaus Hagecius in Böhmischer Chronick fol. 4. & Polon. Historici.*

SYMBOLUM.

Patria ibi, ubi bene.

Cur Patriæ affixus peregrinas despicias oras?
Annon Patria ibi, fors bene vernat ubi?

ETEOSTICHON ANNI

Salutis 644.

AppVLIt eXtorris Bolas Vt CECHVs In oras,
CeChIaCæ LingVæ & gentIs orlgo fVIt.

II. CROCUS (al. CROCCUS)

Dux Bohem.

CECHUS ubi superis *senior* concessit ab oris,
Orba *suo* dudum *Iudice* terra fuit.

Sive datum *primis* fuit hoc *Recloris* honori:

Sive gravi placuit demere colla iugo.

Impulit utilitas tandem *Duce* velle potiri,

Vindice *quo* proprias quisq; teneret opes. (1)

Deligor invitus, rigidiq; Patronus honesti

Surgentes sanctis moribus orno domos.

A 2

Nec

Nec satis hoc: quā sustineam surgentia bella,
Grande *Cracovicia* molior *arcis* (2) opus.



Singula quid referā, cū posthuma *Fama* loqua-
Sed nimium titulis arrogat *illa* meis! (tur?
Hac ego sum, Latius qui quondam pulsus ab oris
Gracchus, in hanc fugi seditiosus humum. (3)
Hac per me structam *Te*, clara *Cracovia*, dicet,
Dum venit in titulos officiosa meos. (4)

„ Sic nos Historicus primos facit, & facit imos!
„ I nunc, Historiam nū dare posse puta.

(1) Hagec. fol. 3. (2) *Vix* eius jam nomen superest. (3) Pantale-
on Candidus *Bohemia* id. lib. 1. p. 4. (4) Dubravius lib. 1. *Soli-*
man. fol. 2. b.

SYMBOLUM.

Ardua rerum primordia.

DUCES BOHEM.

Ardua sunt rerum primordia; cura secunda.
Promtiùs & meliùs res penetrare solet.

ETEOST. Ann. 670.

Ter tribVs eLapsis annis reCtore Carenti
à popVLo Legeris, CROCCe probate, tVo.

III. LYBVSSA, Dux Boh.



DE tribus *una* Soror, CROCO regnata *Parentis*
Arva, sub imperium mitto *LTBUSSA* meū.
Sive Patris, mea *sive* notas ingentia facta,
Laudi conveniunt, illa vel illa, mea.
Vischegradam posui duris in rupibus *Arce*,
Illa *Ducis Cechici* Regia prima fuit. (1)

Prævidisse meus *me* plurima viderat Albis: (2)

Hinc ego sum doctis *Boia Sibylla* viris. (3)

Justitiâ perii: nam quo *me* tempore dives

Contra sese, inopi cernit adesse, furit.

Nec prius absistit, quàm duros cogat agrestes

Demere *fæmineo* subdita colla *iugo*. (4)

Deme licet, *dixi*, vernâ ô incertius aurâ

Vulgus: habe *durum*, concio dura *Ducem*.

Ite citi Proceres, & equo duce ducite *Vobis*

Ductorem è vili rure *mihiq;* Virum. (5)

Haud secus ac iussi faciunt, jamq; arva tenebant,

Premyslae, (6) tuo versa, *colone*, bove,

Agnoscit sonipes, *te Regem* turba salutat:

Jurant dotales in tua verba Viri. (7)

„Quis putet? agricolæ sua credunt sceptrâ *Bohemi*,

„Queis indigna *Ducis Filia* visa fuit.

(1) *sub quâ tandem Carolus IV. Novam Pragam condidit.* (2) *fluvius Bohem. indigena, in quem omnes alii exonerantur.* (3) *Haggec. fol. 14. 16. 17.* (4) *Sylvius cap 5 & 6.* (5) *Georg. Pontanus in Bohemiâ Piâ lib 2.* (6) *de hoc in sequentibus.* (7) *Cosmas Pragensis Chron. Boh. lib. 1. Dubravius l. 1 & 2.*

SYMBOLUM.

Virtus spectanda, non sexus.

Quid sexum spectas? Virtus spectanda Regentû,

Hâc ipsos vincit *Fœmina* sæpè *Viros*.

ETE-

(2) ETEOST. Ann. 710.

A Letho CROCCI pragenses erigit agros,
& PRINCEPS SOLIO CLARA LTBVSSA præst.

IV. PREMYSLAVS I,
Dux Bohem.



Quæ sua Nobilitas generosaq; nomina tågunt,
Non Probitas; æquus vix *mibi* censor erit.
Nam neq; *me* census, neq; clarum nomē Avorū,
Sed Virtus magnum *provida* mensq; facit.
Hinc PREMISLAUM (vox illa Promethea signat)
Me Patris dixit præscia lingua mei.

A 4

Tunc

Tūc Stadici (2) geminis colui mea rufcula bubus,
 Cūm *mibi* Bojemæ tradita summa rei est.
 Hīc ubi *me* thalamo est dignata *Lybussa* superbo
 Vaticinos Vates edere docta sonos. (3)
Huius ego arbitrio, dum vixit, plurima gessi,
*Divina*q; potens *Coniugis* arte fui.
Hac duce molitus dictam de Limine (4) PRAGAM
 Indigenis rudibus primula jura dedi.
 Parte aliā *Ipsa* sibi Lybicenam condidit Arcem, (5)
 Et *moriens* illam corpore pressit humum.
 Felix morte suā! nec in hos servata dolores,
 Cætera pars vitæ quos tulit atra meæ!
 Contra *me* comitū (6) talis ciet agmina *VVlasta*, (7)
 Qualis in Iliaco Penthesilæa solo. (8)
 Ah quoties, pacem simulans, fera prælia miscet!
 Simplex *Nobilitas* fraude petita perit. (9)
 Quid facis? arte tuā tandem capiēre *Puella*,
 Marte meæ Gentis non potis ante capi.
 Nec mora, mitto Viros, comes addita litera, no-
 His sibi promitti *Virgo* triumphat opes. (10)
 Cūm patuēre doli, furit effera *VVlasta*, Virisq;
 Ingruit, & multos cūm necat, *Ipsa* ruit. (10)
 „ *Me* quoq; *defunctum* variis post illa procellis,
 „ Dicta, quod haud soleat parcere, Parca rapit.
 (1) apud Bohemos. (2) Pagus est inter Vltam (Aussig) & Tepliu-
 cium. (3) Pontan. Boh. Pis. lib. 1. (4) Præb Bohem, limen est:
 hinc Praha, Metrop. Boh. externè Praga. (5) Ejus nunc sola su-
 persunt rudera. (6) Pucellatum. (7) In gyvaccio Lybussæ prima-
 ria.

DUCES BOHEM.

9

ria. (8) Hagec. ann. 737. 740. (9) Sylvius c. 7 & 8. Dubrav. l. 2, exempla recstant. (10) Hagec. ann. 743.

SYMBOLUM.

Tempora temperanda tempore.

Tempora temporibus qui tēperat, ille triūphos
Optatos, certo tempore, ferre solet.

ETEOST. Ann. 722.

AgrestI gLebas qVI ConfrIngebat aratro,
forte Cltò InVersâ CeChICa sCeptra tVLIt.

V. NEZAMYSLAVS,

Dux Boh.

Quam Graji dictum mallent Epimethea, dici
NEZAMYSLAUM, tu bene *Boie* putas.

Nam quid *iners* reperi, multum mutatus ab *Illo*
Patre, dedit victas *cui* fera *VVlasta* manus?

Ingeniū mala sæpè movent: *Me* ne qua moverēt,
Fluxerunt *sceptra* tempora *lata* *meis*.

Quid facerem? Bellis excirer? nulla fuerunt
Litibus? at vacuus litibus *Albis* erat.

Vnus (& hoc ipsum est injuria maxima) *Bitis*(1)
Turbavit furiis oia nostra suis. (2)

Ille diu prædas, quâ *Praga* renidet, agebat:
Caurimias quamvis ante teneret *opes*.

As

Di-



Disce tuis uti, *nobis* sine cætera, dixi:

Efficitur *monitu* durior ille *meo*.

Jamq; suos inter spoliis auroq; superbus

Dura *mibi* ex auro vincla necemq; parat.

Succesſu caruere minæ: fit pensile pondus

Ipsè, suæq; ferox induit artis opus. (3)

„Discite *Justitiam Proceres*, non fallere: *Bis*

„Exemplo moneat *Vos* moveatq; suo!

(1) Slavimili, *Duci Caurimensis*, filius. (2) Hagec. sub anno 767

& 770. (3) Theob. in *Geneal.* p. 13.

SYMBOLUM.

Quieta vita, vegeta vita.

Est vegeta, est felix, est vita quieta salubris:

O fortunatum, quem beat illa, *Virum!*

ETEOST. Ann. 746.

Tres simul ac centū trieterides abjice, & annū,
 Quo NEZAMTSLAVS præfuit, invenies.

VI. MNATA, Dux Boh.



MNATA meo Patri quo tēpore surrogor, omni
 Parte mei cætus ocia pacis agunt.
 Tum ferrum Civis meliorem vertit in usum;
 Quippe suos illo scindit arator agros.
 Nec satis hoc: & ope terrâ effodiuntur aperta;
 Aurea non uno splendet arena loco.
 Hūic, ubi Boiemi, quâ Vattava(1)abitur, instant,
 Exurgit muro Pisca(2)superba novo.
 Nec procul hinc, auri jam dudū cæcus amore,
 Incola Subicii(3)mœnia prima locat.

Dives agris alibi *Vici cognominis arces* (4)

Excitat, indigenâ, *Zaslavus* acer, ope. (5)

Emicat & nostris vicina penatibus *Igla*, (6)

Qui det *ei* nomen, multus *Echinus* adest.

Jam *me* pacificum *mea Gens* facilemque vocabat,

Et merui *humani* nomen habere *Ducis*:

Cùm *Verschovecius me* *Cressomilus* (7) in arma

Innocuum stultâ calliditate trahit.

Congredior, *Boiosque meos* quia pressit, ut hostem

Opprimo, qui proprio jussus ab ense cadit. (8)

„ *Me* quoque fata manent, & quæ non perculit hostis,

„ Pertulit in loculos mors inopina suos.

(1) *Fluvius Bohem.* (2) *al. Piseka, urbs Boh.* (3) *Suschtz, urbs Bohem.* (4) *Czaslaviam, urbs Boh.* (5) *Hagec. (sub ann. 790, 796.* (6) *Urbs Moravia, in finib. Bohem. sita.* (7) *Procerum dissimul.* (8) *Dubrav. l. 2 & alii.*

SYMBOLVM.

*Tutiùs inter feras, quàm
inter feros.*

*Mâlo feras inter potiùs latitare frementes,
Quàm populos inter mente manuque feros.*

ETEOST. Ann. 783.

Unum terque decem septennia nomine *MNATÆ*
Deme, scies, quo *Dux* tempore lectus erat.

VII. Vo.

VII. VOGENVVS, Dux Boh.



Nomine *Martigenæ* referens, pietate *Parentis*,
 Exactor pacis justitiæq; fui.

Qui *mibi* tutor erat, *Rohovecius* ⁽²⁾ asper, avarus,
 Injustus, *Cechiæ* pro Duce prædo fuit. (xit:

Mota manus Procerū est, & *tu* rege, *VOGENE*, di-
 Accipio *jussā sceptrā paternā* manu. (3)

Nec mora lōga, tuos *Vesuv* augeo *Praga* penates,
 Tuq; forum per *me* majus adeptā places. (4)

Luna ⁽⁵⁾ etiā à *Lunā* aut *Launo*, qui condidit *ipsam*,
 Dicta caput Cælo tollit ad aucta suum.

Tollis & *Vsta* ⁽⁶⁾ tuum, quā desuper aspicias *Albim*,
 Ejus & angusto nomen ab ore trahis. (7)

Excitat indè suo de nomine *Cadanus* Urbem, (8)
 Frangat ut incursum, *Myse* propinque, tuos.

Invidet hanc fortem *nobis* Rohovecius: Ergò
Hinc illinc *nostras* carpit avarus *opes*.

Desinat, hortatur *nostrâ* Legatus ab Urbe,
Hortantem indignâ comprimit *ille* nece.

Quid facerem? victa est vitiis patientia, jussi
Aptaret collo stuppea vincla suo. (9)

„ Improbe jã pendes, poteras florere per annos,
„ Vitâsses stultam si polypragmosynen!

(1) Vogenus *Martialem Bohemis* denotat. (2) *Familia Verscho-*
Sicia. (3) *Dub: av l. 2.* (4) *Hagec. ann. 823.* (5) *Urbs Boho ad*
formam dimidiata & Luna structa. (6) *al. Auffiga, urbs Boh* (7)
Hagec. sub ann. 827 & 828. (8) *Cadanam ann. 821.* (9) *Du-*
brav. l. 2. Hagec. ann. 814.

SYMBOLUM.

Dura vincenda duris.

Dura mihi duris vincenda videntur; ineptos
Sic cuneis nodos findere ubiq; solent.

ETEOST. Ann. 804.

Frena gerēs IV VenIs DeIVre VOGENVs, Vt heres,
Confortat Lapsos gnaVVs VblqVe foCos.

IIX. W NESLAUS, Dux Boh.

Sint clari, *quos* Martis opus, *quos* longior atas
Nocte vetat cœcâ post fera fata premi.

Me, quia nec bellis, nec longo tempore vixi,
Quid mirum solidæ laudis habere parum?



Exacuit *Patrem* Rohovecius, *impia nostrum*
 Verschoveci generis factio torsit, *AVUM*.
 At *mih* cos, acui quâ possem, defuit hostis,
 Deq; *meis* nulli est præda petita *bonis*. (1)
 „Hoc *Pater* effecit, *qui*, bello ut semina deessent,
 „ Lucenses (2) *Fratri*, (3) te mihi *Praga* dedit. (4)

(1) Dubrav. l. 2 sub fin. (2) Sattensis nunc tractus ille dicitur.
 Cosmas lib. 1. (3) VVratslavo. (4) Cosmas lib. 1.

SYMBOLUM.

Præstat amari, quàm armari.

Armari semper quid prodest? præstat amari;
 Namat enim armatus Dux, sed amatus amat.

EYE

ETEOST. Ann. 827.

sCeptra CapIt WNESLAVS solIo speCtatVs ab
 alto, (probo.
 pLebsqVe preCatVr Hero prospera CVncta

IX. CRESSOMYSLUS,
 Dux Boh.



Cùm cœptas Urbes imperfectumq; dierum
 Desereret *Genitor*, non rediturus, opus,
 CRESSOMYSLI, *tuo* (dixit:) succede *Parentis!*
 Succedo, & *Pragam*, quâ licet, orno *meam*.
 Nec procul indè tuo ponis de nomine turres,
Sbraslave, (1) quâ *Myſæ* (2) *Vultava* jungit aquas. (3)
 In-

Indigenas alibi vis auri magna refulgens

Avertit patriis, ne moveantur, agris.

Indè fames sumit vires, jussiq; coloni

Quisq; suos repetit, quos malè liquit, agros. (4)

Atq; ea diversâ *Cechia* dum parte geruntur,

VVratslavus in nostros *Patruus* arma rapit. (5)

„Dispudet! extrimui tanquam Jovis ignibus ustus.

„Dissimulem? hêu lethi causa pudenda mei!

(1) Sbraslaviam: *Germ* *Rönigsaal*. (2) *Fluvii Boh.* (3) *Hagec. ann. 836.* (4) *Dubr. l. 2. Hagec. ann. 844.* (5) *qua tandem interventu Procerum deponit.*

SYMBOLUM.

Vitiis irascendum, non Viris.

Est irascendum vitiis; & non, sua plangunt

Qui mala, quivè piant, quæ meruere, Viris.

ETEOST. Ann. 835.

Quo *CRESSOMTSLV*s fuit anno evectus, ab *Ejus*

Nomine duplex X, C tria dome, foies.

X. NECLANVS, Dux Boh.

Nascitur ut timidus timidâ de matre colūbus,

Sic pavidus *pavido Patre* creatus eram.

Viderat id *Patruus VVlastislavus* (1), ille Parentis

Æmulus, in nostros fervidus arma rapit. (2)

B

Dum



Dum trepido frustra, frigusq; perambulat artus,
Sderus Eques (3) lætâ me juvat acer ope.
Ille suo nostrum mentitus corpore corpus,
 Strenuus adversæ signa cohortis adit. (4)
 Est locus, à *Pragâ* gelidas quâ tendis ad Arctos,
 Indigenis *Tursko* dicitur ille viris:
 Hic dudum vario pugnatur Marte, triumphum
 Crudeli tandem *Sderus* ab Hoste refert.
 Dumq; refert, etiam medios delapsus in hostes,
 Quâ *mihî* conservat, corpore plangit, humû:
 Hic ubi *Lucenses*, capite à cervice revulso, (5)
Imperio accedunt victa caterva meo. (6)
Gnatus in his *Pattus* quinquennis *Zbilavus* ibat,
 Qui dignus, melior cûi Pater esset, erat:
 Hûc ego *Duringo* famulo (7) transmitto docedû;
 Transmissum *OEgranis* injicit ille vadis. (8)

Proh scelus! *exclamo*: dabis, ô dabis improbe pœ-
Jamq; dat, & tetrū de trabe pendet onus. (nas!
Me quoq; dira manent; magicasq; ubi vertor ad
artes,

Me propè (quisquis IS est) fulmina dira jacid.

„ Utq; fui timidus, vitam perterritus efflo.

„ Conveniens *vitulis* mors erat ista *meis*. (9)

(1) VVratslavi F. *Lusatia Dux*. (2) Solim. f. 10 b. licet in
nomine erret. Vid. Dubr. l. 3. (3) è familia Bohem. à Chey-
nos. (4) Hag. ann. 869. (5) VVlastislavo Duce interempto.
(6) Colmas l. 1 & alii. (7) al. Comiti (8) sub pretextu piscatio-
nis. Sylvius c. 11. (9) Neclan Bohemis est imbellis & hebes, ut
notat Dubr. l. 3.

SYMBOLUM.

Sapè læsus patiens, fit sapiens.

Sapius offensus patiens, sapiens fit; & audet
Lædentes paribus discruciare modis.

ETEOST. Ann. 851.

sCeptri Vbi NECLANO Cōfert VrCVra sVperbi,
eXCipit Vr soLio, CeLsa LTBVSSA, tVo.

XI. HOSTIVITUS, Dux Boh.

DEfuncti rapio *Patris* HOSTIVITUS habenas,
Largius acceptis *dictus* ab hospitibus.

Seu *Pax* seu varii laudatur adorea *Martis*,

Convenit in laudes illa vel illa meas.



Pace meis sedes labefactaq; Regna refeci
 Passaq; Lucenses sapiis arva lupos. (1)
Marte rebellantes vici, victisq; peperci:
 Id *Mistibogius*, cur fateatur, habet. (2)
Hic (quia *Frater* erat) tua, *Caurima*, tecta tenebat;
 Jamq; *meas* illis addere tentat *opes*.
 Di malefacta vident! melior *mea causa* triūphat,
 Et *Frater* veniam, quam prece poscit, habet. (3)
 Illum ego dē in propriis arcentem finibus hostes,
 Qui *Morava* (4) ripas accoluere, juvo.
 Exiit quoq; pestiferis *Sucoslavus* (5) armis,
 Dum *nostras* lacerat prædo rebellis *opes*. (6)
 Hunc ego, jã truncū, manibus pedibusq; carentē,
 Quas tenuit, lymphis, *Bilina* (7), mergo tuis.
 „*Me* quoq; mors mergit, sed *Lethes* tristib; ūdis.
 „Nunc *mibi* quò bellis gloria parta? *Fui!*

(1) Lucenses Pragensium hostes irrequieti. (2) Dubr. l. 3. (3) Hagec. sub ann 885. (4) Est fluvius, à quo Moravia denominatur. (5) Dynasta traditus Bolinensis. (6) Solim. f. 116. (7) Annis Boh. & Oppidum. Hagec. ann. 883.

SYMBOLUM.

Fulgura è vitro non metuenda.

Fulgura missa vitro quamvis sint fortè videnda,
Non tamen ingenuo sunt metuenda Viro.

ETEOST. Ann. 873.

TRISTIA NECLANO post IVsta peracta parenti
HOSTVITVS PRINCEPS CECHICA sCEPTRA
Capit.

DUCES BOHEMORUM

CHRISTIANI.

BORIVOGIUS, nominis hujus I.

Dux Bohem. XII.

SCEPTRA *mibi* Proceres, Slavibor dar habere
Maritam, (1)

Melniciæ dives qui Comes arcis (2) erat.

Dum colo mentitos, trunci ludibria, Divos,

Nostra ratis placidum per mare tuta volat:

At

(3)



At simul abjuro Martem vanamq; Dianam,
 Hæu quas *Christiadum* cogor adire *vices!* (3)
Vos testor, *Methodi* Doctorq; *Cyrille* (4), meorum
 Ad *Superos* docti dicere, quâ sit iter.
 Quod simul ingredior, sceptris exutus & exul
Stuimiro (5) *Cechiæ* sceptrâ relinquo meâ.
 Sed citò & *hic* pulsus, seû quòd *Sacra* vera proba-
 Sèu quòd nō potuit verba *Bohema* loqui. (vit;
 Ergo pars *Procerū* melior *CHRISTUM*q; professi
 Ex *Moravâ* ad *Regnum me* regione vocant.
 Aurea tunc ætas! nova *Tēpla* micantia cerno (6)
 Et *vexum* *Budeci* *fassa* *Lycæa* (7) *DEUM*:
Pallas ubi nimum promptis ad bella *Bohemis*
Militiæ monstrat nobilioris opus.
 Exiit feritas; populus pro *nomine* *CHRISTI*
Invicte miscet prælia sancta *Fide*. (8)

Ipsa ego, quos gessi, Nato largitus honores,
Sinceræ rimor Relligionis iter.

Talibus in studiis quinquennis olympias acta

Jam *mibi*, cum Cali Tempa beata pero.

„ Est jocus, est ludus regnum terrestre pilæq;

„ Sphæra: placent veris *Calica Regna* bonis!

(1) Lydmillam. (2) Oppidū nunc est, vino rubro celebre. (3) Dubrav. l. 4. *Galii*. (4) Patres Græci Apostoli Bohemici. (5) Succoslavi, Balinensis Dynasta fratri, e Bavaria vocato. Hagec. ann. 896. (6) Pont. l. 2. (7) non procul à Pragâ, ubi adhuc rudera exstant. Theobald. sect. 5 de urbib. Boh. (8) Hagec. sub anno 905.

SYMBOLUM.

Melius non esse, quàm sine

CHRISTO esse.

Est melius longè natum non esse, Benigno
Quàm sine CHRISTO Ejus velle vel esse Lytro.

ETEOST. Ann. 890.

PRÆFICITVR PATRI IVVENIS BORIVOGIVS ORBI,
EREPTO CAPLENS FVLGIDA SCEPTRA PATRE.

SBITIHNEVUS I.

Dux Boh. XIII.

Cū semel auricomus Sol circūvolvitur annū,
Sceptra *solo* Patriæ reddo animamq; *Polo*.

B4

Sed



Sed quid ad hæc livor? scelo indè quod arguis au-
 Hæc *spere* (dices) præmia *Patri* habes. (1) (sū?
 Ergo ego, qui placidū positā traho nomē ab irā, (2)
 Svadenti *Patri* recta rebellis eram?

Non sic *me* sensere mei, non *Praga*, neq; illa
Christiadis nostrā condita templa manu. (3)
 Si læsere Patres, citò qui cecidère; Parenti
 Durus *Baptistes*, durus *Abelus* erat.

Sapè DEUS properat fatum melioribus, illis
 Ut liceat magnis sortis abesse malis.

„*Me* quoq; florenti DOMINUS succidit in ævo,
 „ Spectarem furias ne, *Drabomira* (4), tuas.

(1) Dubr. l. 4. (2) Patrio idiomate. (3) Hag. sub ann. 925.
 (4) Iezabel Bob. crudeliss. de quâ in seqq.

SYM-

SYMBOLVM.

Difficile est omnibus placere.

Omnibus haud facile est, hoc tempore, posse placere:

Quandoquidem cunctis nec placet Ipse Deus.

ETEOST. Ann. 905.

SBITIGNEVS folio EXCEPTVS DeCoratVr ebVr-
prIVato VIVente hoCqVe probate patre. (no,

WRATISLAVUS I.

Dux Boh. XIV.



ANte diem raptio *Frater* succedere *Fratri*
Cogor, & hac eius fræna levare manu.

Id Pater, id Boii Proceres, id Praga jubebat,
 Quiq; meâ CHRISTI cætus egebat ope.
 Illum ego dū foveo clemens, Drabomira rebellē
 Opponit captis imperiosa pedem.
 Illa, Bohemiacas inter pulcerrima Nymphas,
 Filia Lucensi de duce nata fuit,
 Quam simul ac vidi, abjura tua Numina, dixi,
 Et thalami consors efficiere mei.
 Omnia promittit, sed ubi mihi juncta, dat omnia
 Ista trahenda citis disq; - sipanda Notis.
 Quæ coluit, colit admirans ludibria trunci,
 Adq; suos sese sternit, ut antè, Deos. (1)
 Et face nunc sanctas, nūc ferro, aggressa cohortes;
 Natum (2) etiam sensim sub sua signa trahit. (3)
 Jam mihi lux aderat, non exhibitura sequentem,
 Et stabat vacuâ Parca severa colo,
 Agglomerāt Proceres; Ego pro re pauca: videtis
 Albicolæ (5) vestri fata suprema Ducis!
 Pignora, quæ sexūs melioris bina reliqui,
 Ducite, quâ pulchrum gloria monstrat iter.
 Iussa DEI faciant, discantq; fideliter artes,
 Fulta quibus pulchrè Regna vigere liquet.
 Sic ego; cūm Proceres flentes mea funera vidi,
 Ut solet amissum flere propago Patrem.
 Illi pro meritis magni mihi funus honoris
 In Fano faciunt, Dive George, tuo, (6)
 „ Inscrībūtq; notas: Vbi tēpla VRATISLAVUS olim
 „ Struxit, ibi placida dona quietis habet.

(1) Dubr. l. 2. (2) Boleslaum. (3) Sylv. c. 14. (4) Hag. sub
ann. 916. (5) Bohemi, ab Albi fluvio, qui per mediam labitur
Boh. ita dicit. (6) Hagec. ibid.

SYMBOLVM.

*Mundi gaudia non sunt
diuturna.*

Si diuturna putas pereuntis gaudia Mundi,
Falleris; instar enim fluminis illa ruunt.

ETEOST. Ann. 907.

SVBLATO FRATRIBUS BRATSLAVS VCCESSE RAT, HEROS
EXPERTVS PATRIBUS DVXQVE PATERQVE SOLO.

VENCESLAUS I. Martyr,
Dux Boh. XV.

INGENUAS jussus versare fideliter artes
Sub duce Niceno (1) docta tropæa tuli.
Diruit interea Praga templa omnia Mater, (2)
Christigeniq; pias mactat *ovilis* oves.
Quid facerem? paterer? *sevane* licere *Parentis*
More lupi clausos dilacerare greges?
Ipsè regam, dixi, Matremq; recedere jussi,
Stochovias nactam, nomine dotis, opes. (3)
Sævicit adhuc tamen; & diris conatibus instans,
Quâ Socrum (4) nuper, *me* quoq; fraude petit.
Præ-



Præcipuè, cùm jam clypeo *mihî Cesar*(5) in albo
 Romanas aquilas, Martia signa, dedit. (6)
 Desine, dicebam, fraudis: Nihil *illa*, sed ecce,
 Quæ *mihî* fata parat, protinus *ipsa* subit.
 Namq; indignantem *Superis* & dira minantem,
 In sese absorbens sub Styga terra trahit. (7)
 Sed neq; sic turbæ cessant: nova bella tumescunt,
 Quâ *ferus* in nostros *Radslavus*(8) arma rapit.
 Quid facis? hæc *nostro* dirimamus *sanguine* (dixi)
 Bella; quid his frustra subdita turba perit?
 Annuit, & validis nequicquam fulgidus armis
 Stare videt *causâ* pro *meliore* DEUM.
 Hic, ubi pugnandū est, *signū crucis* objicit hosti,
Ille pavet, CHRISTO nomina datq; *Duci*. (9)
 His ego pro meritis dum cogito gratus haberi,
 Molior in *Cechico* plurima templa solo, (10)

Donec, maternæ ficto sub crimine cædis,

Concido *fraternâ* victima pura *manu*. (11)

„Sed benè, quòd *vere* mors est mihi janua *vite*!

„Quàm, vixi terris, nomine vita fuit.

(1) *Budecensis Lycæi Præfecto*. Dubr. l. 4. (2) *Drahomira, mu-*
læi furiosa. Hag. sub ann. 921. (4) *S. Lydmillam*. (5) *O-*
tho l. Vormaciæ in Comitibus. (6) *Dubrav. l. 5. Pontan. l. 2.*
 (7) *Hag. Dubr. & alii Hist.* (8) *Dux Caurimensis*. (9) *Du-*
brav. l. 5 & alii. (10) *Cosmas l. 1.* (11) *Sylv. c. 35. Hag.*
sub ann. 929.

SYMBOLVM.

Asperum quidem jugum CHRISTI,
sed prosperum.

Asperum & acre quidem CHRISTI jugum in Or-
 be putatur, (erit.
 Prosperum at haud dubiè post breve tempus

ETEOST. Ann. 921.

Fortis & Innatâ Celebris pietate regendas
 sVscēptæ terræ VENCESILAVS opes.

BOLESLAVS I SÆVVS,

Dux Boh. XVI.

Quid crimen clamas vix excusabile nostrum,
 Quòd *Fratri* dirâ cæde cruentus eam?
 Parce *Duci* tandem toties peccasse *fatenti*:
 Error, (si nescis) non scelus illud erat.



Fama fuit, *Fratri* Drahomiram *morte* perempta:
 Hinc casus caedis creditus autor obit. (1)
Ille tamen vivit, nisi nos miracula fallunt,
 Haud parvam parvo tempore naeta fidem. (2)
 At cineres sanctos VITI memorabile Templum,
 Quod *sibi* vivus adhuc struxerat *ipse* (3), tenet.
 Indoluit Lucense solum, CHRISTUMq; professis
 Dira minans, *Fratri* derogat usq; *meo*. (4)
 Non impunè tamen. Nã, quæ *Vlastislavus* olim
 Condidit, in cineres moenia (5) versa videt.
Ipsè etiam Bavarã exul inopsq; vagatur in orã,
 Pulsus Lucensi, *Dux Dobromirus*, agro. (6)
 Moenia jam stabant *nostrum* retinentia *nomẽ* (7),
 Et quæ Brannogradum Brandisiũvè (8) vocant,
 Cùm

Cūm *Moravos* iterum res immoderata Cupido

Hūc jubet infausta signa referre manu.

Illis ejectis venit *Hungarus*, inq; *Bohemā*

Condere Velvariū (9) nō timet hospes *hūmo*.

Tertia sed bellis teritur cum talibus æstas,

Funditur Hercyniis ejiciturq; fōcis. (mis,

Nō tulit hoc *Cæsar* (10) nostris quoq; *lesus* ab ar-

Hic me, quā surgit Rhetica Bonna (11), citat.

Dūq; venire moror, rapit arma; ego se va minātē,

Armis quum nequeā vincere, vinco prece. (12)

Hinc ictum foedus, *Cechia* quā parte per illud

Tempus *Tusta* (13) suū sustulit *alra* caput. (14)

„Tu sta, *Tusta*! mihi tumuli sub mole jacēdū est:

„Quo tamē hinc possim surgere, tempus erit.

(1) Hagec. sub ann. 924. (2) Dubr. l. 5. (3) in Arce Pra-

gensis. (4) Hagec. ann. 933. (5) VVlastislaviam, ubi nunc

tantum pagus est. (6) Hagec. ann. 939. (7) Boleslavia,

Vrbs Boh. *Bunzel* dicta Germ. (8) Oppidum cum Arce Re-

giā. (9) Oppidum Bohem (10) Otto I. (11) Ratisbo-

na. (12) Theobald. p. 19 ex Dubr. l. 5. (13) Vrbs Boh. &

Germ. dicta *Zauss*. (14) Hagec. sub ann. 964.

SYMBOLUM.

Seria nunquam sunt sera.

Seria, quæ verè sunt seria, sera vocare,

Non leve (crede mihi) creditur esse nefas.

E TE.

ETEOST. ANNI 929.

FRATRIS AB INFANTIS SÆVÀ QVI CÆDE BOLES LAVS
NOTVS ERAT, FACES PRINCIPIS IPSE GERIT.

BOLES LAUS II PIUS, DUX
BOHEMOR. XVII.



Qui volet, ampullas & sequipedalia jactet
Verba, vehens laudes vel super astra suas.
Me si vita Pium, si gratum scepra fatentur,
Et bis dena DEO condita templa, fat est. (1)
Primus ego, Hercynia ne deesset Episcopus ora, (2)
Evici, votis obtinuiq; meis. (3)
A quibus ut curis data respirare potestas,
Pulchra *NOVA* statuo tecta *Boleslavia*.

Sic ego Pace fui: Mars quid meus egerit, audi;
 Hic quoq; *cara* meam *Patria* sensit opem.
 Fortè suos in me *Mecislaus* ire Polonos,
 Et latè nostras carpere mandat opes. (quòd
 Nil *soror* huic *me* iuncta movet *Dubravica* (4), nil,
 Utraq; Gens eadem stirpe domoq; fuit. (5)
 Latum limitem agit ferro populator & igni
 Omnia, *Boiema* dilacerantur opes.

Sed simul occursum est, *versidant* terga *Poloni*,
 Et mala succumbit *vindice* causa *DEO*.

Hinc *mibi* *Victori* devicta *Cracovia* paret,
 Et tremit ad nutus, antè superba, meos. (6)

Quid *duo* *Regna* juvant? quid partæ viribus *Urbes*?
 Sic quoq; munitum *me* fera *Parca* necat!

„ Quid mirum? nullis arceri mœnibus, *Arces*
 „ Vel casulis æquans, mors inopina potest.

(1) Pantal. *Bohemias*. l. 2 ex Sylvio c. 16. (2) *Bohemis* *Re-*
gno. (3) *Dubr.* l. 6. Hagec. sub ann. 957. (4) *Hac* *pro-*
mum *Polonis* *persuasit* *fidem* *CHRISTI*: al. *Dambrovca*. (5)
Reisner. in *Geneal.* part. 5. pag. 38. (6) *Dubr.* l. 6 *Galii*
Hist.

SYMBOLUM.

Copia *subditorum* *Principis*
decus, *inopia* *dedecus*.

Est *Regum* *decus*, *Ipforum* si *subditi* *abundant*;
Dedecus è *contrà* est, si *nihil* *aris* *habent*.

C

ETE

ETEOST. Anni 967.

Herēs CrVDeLI prognatVs patre BOLESLAVs
 fasCes & terræ frena serena Caplt.

BOLESLAUS III Mitis, Dux
 Bohemorum XVIII.



Quòd patrios cepi *patrio* cum *nomine* mōres,
 Cognomen merui *MITIS* habere *Ducis*.
 Credulitas oculos rapuit mihi: criminis hujus
 Invisos titulos, dure *Polone*, geris. (1)
 Nō fat erat, *mea* quòd tibi fraude *Cracovia* cessit:
 Ergo oculis fraudas *me* quoq; saxe meis. (2)
 Et foedè dextrâ mentitus foedera peccas.
 Quid rides? hæc *te* perdere culpa potest. (3)

DUCES BOHEM.

15

Ne sit credulitas posthac damnosa Bohemis,
DIVINA Soboles nostra cavebit OPE.

Tuq; *mei lethi* duro scribere sepulchro
Causa, breviq; aliis carmine notus eris:

„ Luce *Boleslaum* privat sceptroq; *Polonus*!

„ Alter crudelis, credulus alter erat.

(1) Pantal. *Bohemaid* l. 2. (2) Sylv. c. 17. Dubr. l. 6.
Soliman, f. 186. (3) Theobald. *in Geneal. Boh.* p. 20.

SYMBOLUM.

*Christianum est, id, quod adest, boni
consulere, alienis abstinere.*

Christicolæ nôrunt proprio sine fraudibus uti;
Et, sua quæ non sunt, nolle, nec appetere.

ETEOST. ANNI 999.

TertIVs eLeCtVs traCtat DVX frena BOHE-
ast fortVnâ non VtItVr ILLe PatrIs. (SLAVS,

JAROMIRUS, Dux Bohe-
morum XIX.

MOEstus ab Hoste redit *Genitor* sine lumine,
& hostes,

(Sceptra *mibi* tradens) *Nate*, cavebis, ait.

C 2

Ca.



Cavi: quid prodest, si *me* mea Natio dudum
 Enecat, in luctus ingeniosa meos?

Me Procerū primi, quēis nassa stemmata (1) letho
 Incautum telis penē dedere suis. (2)

Me Frater (3), pulso *Pragensi* ex *Urbe* Polono,
 Et scēptro & dulci luce carere jubet.

Jamq; diu vitam in tenebris luctuq; trahebam,
 Cūm *Werschovicā* fraude perēptus humor.

» Quid non imperii cogit furiosa Cupido?

» O procul hanc patriā pelle, *Boheme*, luem!

(1) *Verschovecii*. *Bohemi* enim *nassam* *Wersche* appellant.

(2) *Dubr. l. 6. Hagec. ann. 1003. Sylvius c. 17. (3) Vi-*
ricus. Stransky c. 8. p. 326.

SYMBOLUM.

Fati decretum non fit deletum.

Decretum Fati *Supremo à NUMINE* lati
Non fit deletum, sed fit ubiq; ratum.

ETEOST. Anni 1003.

Nomine si tantum defalces quattuor annos,
annus erit, princeps quo IAROMIRVS erat.

ULRICUS Sapiens, Dux
Bohemor. XX.



Herici ULRIC9 *Claudi* (1) moror hospes in aulâ:
Cū *mea* Lechigenâ (2) *Praga* sub hoste jacer.
Quis ferat hæc, dixi, *Patri Fratriq;* Polonos
Ante graves *noſtro*, rem quoq; habere *meam*?

C3

It.

Ergo domū revolans *Pragā* afferō, pello Polonū:

Turbatus trepidam corripit ille fugam. (3)

Hoc *sapientis* erat, sic fraude repellere fraudem;

Quod sequitur factum, vix sapientis erit.

Ut regerem tutō, viduavi lumine *Fratrem*:

Sed *Verschovicæ* fraus ea gentis erat.

Jam *Cechicas* solus latē moderabar *habenās*,

Cūm mea venatu tædia longa levo.

Delia laudavit: preciumq; laboris opimum,

Quod *tibi* villa dabit proxima, *dixit*, habe.

Nec mora: *Virgo* lavans medio sua lintea pago

Incidit in cassēs, præda cupita, meos. (4)

Conjugiū *Proceres* damnant, inq; agmine tanto

Sic aliquis duros ructat ab ore sonos:

Rustica *sceptrigero* nubet *Bozena* (5) *Vlrico*?

Disparia infanus pectora junget *Hymen*? (6)

O vani nimis! ingenio, non sanguine niti

Boiemi, Vestros non meministis *Avos*?

Quid *DVX* *Gensis* erat, dignatus amore *Lybussa*?

Ad juga nonnè suos traxit & *ille* boves?

Hæc quoq;, rure licèt sata, Vobis proferet *illum*,

Qui *Cecbia* *Reges* semideosq; feret.

Accedet meritis *illi* quoq; gratia nostris,

Cætera pars vitæ quæ dedit ampla meæ.

Dum *Veterem* *Pragam* ductis *Cælo* ædibus auxi,

Et *Moravo* exegi castra *Polona* solo.

Nève meos pestis, tutos à Marte, necaret,

A *Pragā* procul est ignibus (7) acta meis.

Jamq; obiit *Frater*, bis dulci lumine cassus,
 Cùm sequor, ad fluxas non rediturus opes.
 „ Quæ bona Mundus habet, cùm vix sint umbra
 bonorum,

„ Cur malè committunt dissociantq; bonos?

(1) Imper. Rom. (2) *Lechigena* & *Lechiada* Poloni dicuntur
 à *Lecho*, primo Duce suo. (3) Vid. Hagec. sub ann. 1074.
 (4) *Pantal.* l. 2 fusi de his agit. *Dubr.* l. 7 & alii. (5) *Be-*
atrix Latinè. (6) Legatur Hagec. de hac Procerum exposi-
 tione sub ann. 1007. (7) excitatus per succensas hinc inde
 sylvas. Hagec. ann. 1015.

SYMBOLUM.

*Non semper gemmae sunt in sub-
 limi, sed etiam sub limo.*

Non in sublimi, sub limo sed quoq; gemmas
 Esse, vel exemplo disce, Juventa, meo.

ETEOST. ANNI 1004.

EXIGIT VLRICVS PRAGENSI EX VRBE POLONOS,
 AC REBVS TITVLO PRINCIPIS INDE PRÆEST.

BRETISLAVUS I, Dux
 Bohem. XXI.

Juverit *Vlricum* Genitorem rustica conjux:
 Me *sata Casario* sanguine *IKTA* (1) juvat.
 Illam rapturus, Sacram feror hospes ad *Ædē*, (2)
 Quam *Virgo* salvâ Virginitate colit.



Nec vidisse semel satis est, juvat usq; videre:
 Digna suâ facies nobilitate placet.
 Jamq; fero raptam, cum livida turba catenam,
 Opponit, coeptis invidiosa meis,
 Quid non possit *Amor*? victi custosq; catenaq;
 Et *Cecbicos* tangit nostra rapina focos. (3)
 Hoc *Pater* admirans factum: Tu *Marchio*, dixit,
 Magnanimus *Moravos* deinde tuere *Lares*.
 Obsequor, & late palantes pello *Polonos*,
 Ne *mibi* commissam depopulentur humum.
 Sensisset *vires CÆSAR* (4) quoq; forsitan *istas*,
 Extinxet belli nî *mea IVTA* faces. (5)
 Hinc *Hunno* (6) (ne pigra meus terat ocia miles)
 Reddere damna, meis quæ dedit ille, paro.
 Quò

Quò cū pergo, gradū nō primo in limine sisto;

Sed sub *Strigonias* provehor usq; *dornos*. (7)

Nec tempus longū, à nostris quoq; Tertius oris

HENRICUS (8), *Cechicis viribus* actus, abit. (9)

Sed redit, & quæ rapta *meo* sunt *Marte* Polonis,

Inferri fisco vultq; jubetq; suo.

Is tamen exemplis motus monitisq; *Severi*

Pontificis (10) *metum* foedera pacis init. (11)

Hunus adhuc furit, & qui bis *mea* robora lenit,

Ad nova *me* solito praelia more vocat.

Occursurus eram, sed febris acuta resistit,

Et sistit *cursum* invidiosa *meos*. (12)

Hi *nostris* reditus expectatiq; triumphis!

Febris, quos nequeunt arma domare, domat.

(1) *al.* Iuditha, Othonis III Imper. *Est.* ut habet Dubr. l. 7.

Solim. f. 21 ex Sylv. c. 18. licet *Variens* aliquis. (2) *Monaste-*
rium apud Ratisbonam. Pantal. l. 2 *Galii.* (3) *Vid.* Hagec.

sub ann. 1026. (4) *Conradus II cum exercitu ingenti*
Bohem. ingressus. (5) *Vide* Hagec. sub ann. 1032. (6) *Hun-*

garis praeantibus Moravia. (7) *Gran in Ungern.* Hagec. ann. 1038.

(8) *Imper. Rom.* (9) Pantal. lib. 2. p. 36. 37. ex Sylvio c. 19. (10) *Episcopi Prag.* (11) *Dubr. l. 7.*

(12) *Hagec. ann. 1055. ubi simul Testamentum eius allegat le-*
ctio dignissimum.

SYMBOLUM.

Ardua non audienda solum,

sed simul adeunda.

Ardua non audi tantum, sed adi quoq; forti

Pectore, qui famam quæris in Orbe novam.

ETEOST. ANNI 1037.

HERES EXTINCTO SUCCESSIT PATRE BRETISLAVS,
 CECHIA CUMQUE CAPIT FRENA CORVSCA SOLI.

SBITHNEVUS II, Dux
 Bohem. XXII.



Qui malè cœpisti, bene desinis; hoc ita Boji,
 Cū morerer, de *me* qui loquerētur, erant.
 Quæ malè cœpta tamen fuerint *mibi*, collige Le-
 Nostraq; quâ nutat gloria, tu fer opem. (*Et or,*
 Objicitur toties, quòd eram crudelior, & quòd
 Jussus erat *Cechiâ* cedere Teuto (1) *meâ*.
 Non *ego* crudelis, sed non & credulus illi,
 Hospes qui verbo, re gravis hostis erat.

At Mater quoq; IVTA mea est, ejecta? sed illa
Sponte fuit sociæ duxq; comesq; viæ.

Arguor, & quòd erat per me WRATISLAVUS exul,
Fratribus & quòd sunt sceptrâ negata meis.

Si, nisi qui socios sceptri tulit æquus aviti,

Nemo probandus erit, nemo probandus erit.

Quid? quòd ego Hūgaricâ Fratrem regione reversū
Admisi, Moravis præposuimq; meis. (3)

Quòd, si sic etiam dubia est Pietas mea, testis
Procedat nostrâ, quisquis egebat op̄.

Fortè meo Fratri sævum movet Austria bellum:
Hanc contra Moravis auxiliator eo.

Dū propero, quædã, fer op̄ Dux optime, clamat,
In viduo mulier sola relicta toro.

Non mihi, respondi, vacat isto tempore, teq;
Qui pro me Praga protegat, alter erit.

Illâ gemens perstat petere, in mediisq; meretur
Cognosci causæ, cursibus, acta suæ.

His æqui studiis iurisq; rigore paterni,

Emerui IVSTI nomen habere Ducis. (4)

Invidit Lachesis, iustusq; sit, ut libet, inquit,

Dum modò jus iustus sentiat iste meum.

„Haudq; jocata quatit Martis fera tela ferentem,

„Heû mors sæva! truci plus quoq; Marte potes.

(1) Teutones factiosi. Dubrav. l. 8. (2) Frater alter ab i-
p̄. (3) Hagec. sub ann. 1057. Solim. p. 22 b. ex Sylv. c.
20. (4) Dubrav. l. 8. Hagec. sub ann. 1061. Stransky
s. 8 p. 328.

SYMBOLUM.

Non malè vivit, qui bene finit.

Cur errata meæ carpis juvenilia vitæ?

Non malè vivit enim, qui bene finit, Homo.

ETEOST. ANNI OSS.

EXCESSIT VITÂ BRETSLAVS, SUCCESSIT AT IPSI
SBITIGNEVS, PATRII SPESQVE DECVSQVE SOLI.

WRATISLAVVS II, Rex
Bohemorum I.



Succedo Fratri, Fratres mihi: *Bœmia* nobis,
Fratribus est *Moravi* summa relicta soli.

Ne *mea* concuterent cognatos *arma* Polonos,
Virgo, soror Regis (1), *Svattava* jūcta mihi est.
 Lætus *pace*, domi vitiis fera prælia movi:
 Multus ibi pœnas cædis Apella (2) dedit. (3)
 Parte aliâ Magicis sistentes flumina sacris,
 Sistere *me* pestem non potuere suam.
 Flamma vorax alios, alios tulit impetus undæ.
 Hos fructus stultis ars scelerata dedit! (4)
 Talibus *Hercynias* dum purgo pestibus *Vrbes*,
 In curâ *Praga* torqueor usq; *mea*.
 Hæc *duce me*, tollens humiles sublimiùs ædes,
 Surgit, in immensum viribus *aucta* suis. (5)
 Et, ne deficient tanta ad molimina sumtus,
Gilovius largas *mons* (6) mihi fundit opes.
 Hæc *mea* facta domi: foris instar turbinis ibam,
 Et merui validâ plura tropæa manu.
 Vindice *me Morava* Leopoldus fugit ab *ora*,
Austriacisq; dedit maxima damna *suis*. (7)
Tu quoq; *Gens Lusatiæ*, quid possim Marte feroci,
 Incassum nobis facta proterva, vides. (8)
 Talem *me Regis* dignatur honore *Bohemi*
 CÆSAR, Is *Henrici* nomine *quærsus* erat. (9)
 „ Quod dedit *hic*, mortale fuit: quod *Cæsare*
 MAIOR,

„ Dat DEUS, & pandit Parca, perenne bonū est.

(1) Boleslai Audacis. (2) *Iudai malefici, horrendarum ca-*
dum rei. (3) *Vid. Hagec. passim.* (4) *Dubrav. l. 8 sub fin.*
 (5) *Hag. sub ann. 1073.* (6) *antifodinis celebris.* (7) *Pau-*
 salo

40 INTERREGES BOHEM.

ral. p. 41. (8) Dubrav. l. 9. (9) Moguntia in Comitibus frequen-
tiss. Hagec. sub ann. 1086. Sylv. c. 22 & alii.

SYMBOLUM.

Vexata Virtus assurgit altius.

Altius assurgit vexata virentis Olivæ
Exemplo Virtus; nec dare terga solet.

ETEOST. ANNI 1061.

Fratre suo extincto BRATSLAVS successit,
& orbi.

præfixis patrio IVs Dat & usque placet.

Sequuntur jam VI INTERREGES, quorum res
gestas recenset Ipse WLADISLAVUS II, Rex Boh.
in vitæ suæ descriptione.

CONRADUS I, Interrex
Bohemorum I.

SYMBOLUM.

Rebus, non verbis agendum.

Quid verbis opus est? non his, sed rebus agendum,
Si quis in officio vult vigil esse suo.

ETE-



ETEOST. ANNI 1093.

IVRE SVO PRINCEPS PATRIÆ CONRADVS HABENS,
 IVRE NOVVS, LECTVS, FACIBVS, ILLE PRÆST.

BRETISLAVVS II, Interrex
 Bohemorum II.

SYMBOLUM.

Mens quò senior, eò sanior.

Quò senior Mens est, hoc sanior esse per omnes
 Censetur parti muneris articulos.

ETE-



ETEOST. ANNI 1093.

EXVL ab HVngarICIs reDIens BRETISLAVVS
orIs,
en, potIt Vr soLlo, aC frena CorVsCa gerIt!

BORIVOGIUS II, Interrex
Bohemorum III.

SYMBOLUM.

Inconstans est Fortuna, ut Luna.

Lusus Fortunæ variatur imagine Lunæ;
Nunc tibi tota patet, nunc tibi tota latet.

ETE-



ETEOST. ANNI 1100.

Vt LVX festa patet CHRISTI NATALIBVS ORTA,
sCEPTRA BORIVOGIVS sAPE CADVCA LEVAT.

SVATOPLUCUS, Interrex
Bohemorum IV.

SYMBOLUM.

*Desperata tollenda, non
toleranda.*

Non toleranda diu, sed sunt tollenda repente,
Quæ desperati noveris esse mali.

D

ETE-



ETEOST. ANNI 1106.

ARTE SVATOPLVCVS r Vt ILatla s Ceptra s InonIs
a VXILIsqVe CapIt, WLaDisILae, r VIs.

WLADISLAVUS I, Interrex
Bohemorum V.

SYMBOLVM.

Magnæ curæ magna merces.

Magna dari magnæ debent stipendia curæ,
Sive Choro fuerit congrua, sive Foro.

ETE-



ETEOST. ANNI 1109.

stellifero Lances Titan peragrabat In orbe,
sCeptra Capis patrII BLADISILAE SOLI.

SOBESLAVUS I, Interrex
Bohemorum VI.

SYMBOLUM.

Quod grave, hoc suave.

Sit grave, quod tolero, sit onus crucis acre, sit
ingens;

Suave tamen fieri posse brevi, haud dubito.

D2

ETE-



ETEOST. ANNI 1125.

sCeptra petlt pRInCeps DefVncto Fratre SOBE-
SLAVS

ter qVIntâ AprILIs LV Ce tenente poLos.

WLADISLAVUS II, Rex
Bohemorum II.

Rex ubi primò obit WRATISLAVUS, arva *Bohemii*
Per tria sub *Ducibus* Iustra decemq; colunt.
Aut sic *Imperii* voluit iussitq; *Senatus*:

Regius aut nostris non sapiebat *bonos*. (1)
Ante *Duces* alios CONRADUS *Fratri* habenas
Arripit, à raptis *hanc* citò Parca rapit.

Suc-

Succedit validus septusq; BRETISLAVUS Hunnis:

Filius hic *primi Regis* & exul erat.

Qui, simul admissus, sagas ritumq; profanum (2)

Dissipat, impietas funera munus habet.

Cumq; superstitione cecidit, *Dux* Marte Polonos

Impetit, hi victi iussa tributa ferunt. (3)

Sed citò mutantur; dum *pressis* peste *Bohemis*

Hercynios latè depopulantur agros.

Non impunè tamen. Nam vi Bojemide victi,

Quod subiit, fatum, diruta *Briga* (4), gemunt.

Tūc quoq; *Lechiadū* cū CÆSAR (5) ruderet arces,

Flevissent casus hostica castra suos;

Ni Werschoviciā *Bretislavus* arte perisset

Confixus jaculis, sæve Lorece, tuis. (6)

Post *Hunc* sceptrā rapit BORIVOGIUS omine lævo;

Nam *Duce* de *Cechicobis* miser exul obit. (mis,

Utilior subit *hūic* SVATOPLUCUS: *hic* impiger ar-

Quas prius imminuit, quærit & auget opes.

Quintus tū validos *HENRICKS* movit in Hūnos,

Et *Ducis* *Hercynii* (8) milite victor erat. (9)

Id victis doluit! *Moravos* sparsi ergo per agros

Interceptum abigunt ad sua recta gregem.

Quin sequimur, *Svatoplucus* ait, noctisq; per ū-

Arboris objectu lumina cara ferit. (bram

Jamq; oculo cassus, *Nitram* furit hostis ad *Urbē*,

Hungaricosq; *suo Marte* fatigat equos. (10)

Indè, Polonorum cum *Cæsare* versus ad arces,

Glogoviā obsessā, fraude peremptus (11), obit.

Vendicat indè *potens* sibi Regna *VVLADISLAVVS*

Binaq; de *bino Fratre* tropæa refert. (heros,

Hūgarus *Hūic* frustra sub amico foedere pugnat:

Nam dolus autorem (12) distrahit ille suū. (13)

Inclytus hinc armis fere sceptrā *SOBESLAVVS* a-

Sive gerenda domi prælia, sive foris. (cer,

LOTHARI densas *Hic* fundit *Caesaris* alas;

Post tamen auxiliis *Hunc* levat *Ipse* suis. (14)

Illius est etiam tactus *Bizantiis* armis

Caesar (15), ad Hungaricas ne penetraret opes. 16

Pace per hos fines factā *Dux* excitat Urbes,

Quas hodiè *Misam* (17) *Gorlicium* q; (18) vocant.

Lechigenas Idem bis in uno perdomat anno,

Hungaricisq; fugat barbara castra focis. (19)

Praga VIRI meritis exultat *libera*, demum

Urbis Regina sumere visa decus. (20)

Jā moriturus erat validis *Dux inclytus* (21) armis,

Cum *mibi* (22) dat forti sceptrā gerenda manu.

Vix suffectus eram permissu *Caesaris* (23), & jam

Me bello *Moravæ Marchio* (24) gentis adit. (25)

Successu caruit cognati Principis ausus,

Fitq; sub imperio *Marchia* (26) *totā* meo (27)

Znoïma rebellabas; sed pœnas victa dedisti

Civibus accelerans vincla necesq; tuis.

Pax ubi facta domi: *Solymas* proficiscor ad *arces*,

Barbaraq; à sanctis arceo castra locis. (28)

Fortè coronandus *Roman* *FRIDERICUS* abibat,

Ex re cognomen *cūi* sua barba dedit. (29)

NB. Hæc spectant ad pagin.
54. & 55. quibus etiam in-
serantur.



NB. Hae spectant ad paginam
24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



ll
u
N
G
V
N
Q
Pr
" (1
ca
Sub
cus
Ro
lim
(1
equ
11
Co
(1
E



Ille suas *mibi* discedens mandavit habenas,
Accessit curis hæc quoq; cura meis.

Ut rediit, *qui* Regna regis bene, *Rex* eris, inquit:

Imponitq; meis *regia* *serta* comis. (30)

Non ingratus eram: pensatū est munere munus,

Cū Medioloano restitit *ille* solo.

Gens mea prima vadum mediis vestigat in undis,

Prima per hostiles itq; reditq; domos.

Viderat id CÆSAR, sintq; *illis* præmia, (dixit)

Tām bene de sceptris *qui* meruere meis!

Nec mora, *Odoleni* 9 (31), qui primus trāsit amnē,

Cæruleo mistum stemma colore tulit.

Qui primus scalas obsessæ admoverat Urbi,

Chaustricio scala est aurea cœpta geri.

Proq; *Aquilā* *nigrā* nostræ gestamine dextræ

Intrat *magnanimus* stemmata Boja *LEO*. (32)

” Hoc satis est terris meruisse; valet triumphi!

” Me *CHRISTI* merito parta corona iuvat.

(1) Sylv. c. 24. Pantal. p. 46. Solim. f. 24 b. (2) Magi-

cas & paganas abominatones. (3) Dubrav. l. 9. Hagec.

sub ann. 1094. (4) Arx in Siles, ad Oderam. (5) Henri-

cus IV Polonis infestus. (6) Soliman. f. 29 b. (7) Imper.

Romanus. (8) Bohemica. (9) Stran. ky c. 8. p. 332. So-

liman. f. 27. (10) Dubrav. lib. 10. Hagec. sub ann. 1109.

(11) à Iano Tilla Ve schovecio. (12) Sokum impostorem, &

equus discerptum. (13) Vsd Dubrav. lib. 11. Hagec. ann.

1116. (14) Soliman. f. 29 b. ex aliis Hist. (15) Iohannes

Comnenus. (16) Hagec. ann. 1129. (17) Vrb. Bohem.

(18) Vrbem Super. Lusacia Anno 1131. (19) Dubrav. l. 11

& alii. (20) Hagec. sub ann. 1135. (21) Sobeslavus I.

(22) VVladislao II. qui haec tenus de suis Antecessoribus, jam de se ipso loquitur. (23) Conradi III. (24) Conradus, nepos VVratislavi, Regis B. (25) Theobald, pag. 29. (26) Moravia. (27) Dubrav. lib. 12. (28) Hagec. (sub ann. 1149. (29) Barbarossi. (30) Ratisbona in Comitatu. Vid. Hagec. anno 1159. qui prolixè hac deducit, & simul Literas Majestaticas Imperatoris, VVladislao, Regi novo, ejusq; successoribus datas, allegat. (31) Nobilis Bohem. à quo descendunt Petipesky de Chylsch. (32) Consulatur de his omnibus Hag. sub ann. 1159. Dubr. l. 12. & non pariterbit Lectorem impensè temporis.

SYMBOLVM.

*Clavis aurea omnibus seris
congrua.*

Aurea si fuerit clavis tibi, cuncta patefcens
Ostia, quæ multis clausa fuere seris.

ETEOST. ANNI 1140.

LeCtVs Vt est patris pRINCEps WLADSLAVs
habens,
per pIsCes VoLVCres phœbVs agebat eqVos.

☞ Sequuntur alii VI INTERREGES, quorum res
gestas commemorat Ipse PREMTSLAUS II, Rex
Boh. III, in Vitæ suæ hypotyposi. ☞

So-

SOBESLAVUS II, Interrex
Bohemorum VII.



SYMBOLVM.

Parendum fatis, non fatuis.

Fatis, non fatuis Sapiens parere laborat:
Lactucas similes quærere labra solent.

ETEOST. ANNI 1174.

Post atros CasVs & DVra perICLa SOBESLAVs
CeChIaCI gestat frena sVperba solI.

Ds

FRI-

58 INTERREGES BOHEM.
FRIDERICUS, Interrex
Bohemor. VIII.



SYMBOLUM.

Leges animis egent & armis.

Armis atque animis Leges quis nescit egere?
Immò etiam Reges hæc duo sæpè regunt.

ETEOST. ANNI 1178.

CÆSAR VBI IVS & FRIDERICO INSIGNIA CONFERT,
IN PATRIBUS PRINCIPES SIC FVIT ILLE SOLO.

CON-

INTERREGES BOHEM. 59.
CONRADUS II, Interrex
Bohemorum IX.



SYMBOLUM.

*Connivendum moribus
ac temporibus.*

Connivere Magistratum pro more & amore
Moribus omnigenis temporibusq; decet.

ETEOST. ANNI 1190.

ACQVIRIT LAXAS PRINCEPS CONRADVS HABENAS
SVBLATVS SOLLO, CECHIA GRATA, TVO.

VEN-

60 INTERREGES BOHEM.
VENCESLAUS II, Interrex
Bohemorum X.



SYMBOLUM.

Inesperata multa in vitâ.

In vitâ hac nobis multa inesperata feruntur,
Non tamen absq; Almi NUMINIS arbitrio.

ETEOST. ANNI 1191.

VENCESLAUS tunc VLO Celebres heredis ha-
benas
obtinet, exactus post spacio ipse breVI.
HEN-

INTERREGES BOHEM. 61
HENRICUS I, Interrex
Bohemorum XI.



SYMBOLUM.

*Optimè regnat, qui suprà
se DEVM cogitat.*

Regnat Is egregiè, sapienter & optimè, in altis
Qui semper *Summum* cogitat esse *DEVM*.

ETEOST. ANNI 1191.

REXIT CECHIA CAS HENRICVS EPISCOPVS ORAS,
VT PATRVS INTER LIS FVIT ORTA DVCCES.

VVLA-

62 INTERREGES BOHEM.
 VVLADISLAVUS III, Interrex
 Bohemorum XII.



SYMBOLUM.

*Laudabilius est bonis subesse,
 quam malis præesse.*

Est laudabilius longèq; beatius omni
 Parte, subesse bonis, nolle præesse malis.

ETEOST. ANNI 1197.

sCeptra CapIt nigrantI VbI Liber CarCere
 VLADSLAVS,
 IVnIVs astriferI fVLsIt In AXe gLobI.

PRE-

PREMYSLAUS II. Othocarus,
Rex Bohemorum III.



AVO jam gravior WLADISLAVUS: Accipe *Fili*
 In populos (inquit) *FRIDERIC* Emcos.
Ille quidem paret: sed *eo SOBESLAVVS* actio
Patruus Hercyniis imperat *Ipse* jugis.
 Contulit hoc *Ipse* CÆSAR (1), sed & abstulit *Idem*,
 Atq; suas repetit *Dux Fridericus* opes. (2)
Ille dolis frustra belloq; *peritus* aperto
 Bojemâ *Patruum* (3) cedere cogit humo. (4)
 Intercâ *Moravus* FRIDERICI munere *terras*
 CONRADUS nactus *Bæmidos arva* sitit.
 Addunt se socios ULLRICUS & omnium egenus
 VENCSLAVUS, ejecti *Frater* uterq; *Ducis*. (5)

HB

Hi dum ruris opes ferro populantur & igni;
 DUX (6) *Pragam* validâ firmat & armat ope. (7)
 Quod subolēshostis fugit, hūcego8 nomine *Fratriis*
 Persequor, & *Moravis* ingruo ab Urbe focus.
 Reiectus numeroq; minor discedo, sed, *illam*
 Ut vastem, primo Vere revertor, *humum*.
 Gliscit pugna! ruunt primi, *Ratiborius* (9) exul,
 Ut redeam fuso Victor ab hoste, facit.
 His monitus CōRADE malis arma abjicis, hosti io
 Supplex, quo rapto scepra cupita geris. (11)
 Quid juvat, *Henrici* si CAESARIS (12) arma secutū
 A Marte ad Mortem pestis amara trahit?
 Et tu scepra tibi necquicquā VENC SLAVE sumis,
 Cūi vix regnanti Luna ter orta fuit. (13)
 Subsequor (14), at gestos parvo mihitēpore fasces
 HENRICUS *Procerum* munere *Praesul* (15) adit.
 Hoc Duce Romuleâ *Petrus* (16) legatur ab Urbe,
 Et, *cælebs* ut agat *mystica turba*, jubet.
 Mota manus *Patrum* est, edictum urgere paratus
 Vapulat: hoc illi lex peregrina dedit!
 Fallor? an *Henricum* (17) res ista coëgit in OEgrâ
 (Ante diem) summos Urbe videre rogos?
 Jam miser, extorris Bavarâ famulabar (18) in orâ
 Latomias obiens, Rhetica Bonna, tuas,
 Cū meus *Hercyniæ Frater* VLADISLAVVS oræ
 Narratur jussâ scepra tenere manu.
 Hūc feror: Ille *mih*i titulos concedit avitos,
 Contentus campis, *Marchiomanne*, tuis. (19)

Cujus ne facti pigeat, mea munia solers
 Urgeo, prædo meis Saxo fugatur agris. (20)
 Me *Cæsar* vidit semper vicisse *Philippus*,
 Sêu fera contra Ipsum, seû simul, arma tuli.
 Nevè *mibi* credas, dicat *Moguntia*, vidit
Regia Me meritis *nomina* ferre meis. (21)
 Et quātū est, quòd opē properās sibi poscere no-
Cæsar in *O'Egranum* venerat usq; Solum! (strā
 Utq; ratum fieret thalami per fœdera fœdus,
Cæsar est *Gnato Gnata* jugata meo. (22)
 Indè *Comes*, cūi *Virgo* fuit desponsa petenti,
 Obtruncat ferro *Virginis Otto* (23) Patrem.
 Hinc *Basilea* videt *FRIDERICO* sceptrā *secundo*,
 Quò *Procerum* affluxit densa *corona*, dari.
Ille, meam quia sensit opem, *mibi* multa meisq;
 (Cujus adhuc testis publica cera) dedit. (24)
 Dum redeo, duris delubra (25) gravata tributis
 Per septem messes *Sacra* jacere sinunt. (26)
 Dū statq; hic rerū, *Gnatū* mihi surrogo, (27) & udā
 Post paucas hiemes *Ipse* recondor humo.
 „ Condat humus, licet, ossa: *legi* prælustria facta
 „ Digna, *regi* nullā mole locoq; valent.

(1) Fridericus I. (2) Hag. sub ann. 1174 & 1178. (3) So-
 beslavum, primò *Victorem*, tandem *Victum*. (4) *Dubr. l. 13.*
 (5) *Sobeslavi.* (6) *Fridericus, frater Premyslai.* (7) *Ha-*
gec. ann. 1183. (8) *Premyslaus nempè, cujus hac oratio tota*
est. (9) *Superstes heros è delet à stirpe Verschoveciâ & in ali-*
am mutatâ. Vid. Dubrav. lib. 10 & 14. (10) *Friderico,*
Patruo suo, cui tandem mortuo successit. (11) *Hagec. anno*

1190. Soliman. f. 33. 34. (12) *Hujus nominis VI.* Dubrav. l. 14. (13) Hagec. sub ann. 1191. Soliman. f. 35 b. (14) Premyslaus succedit Venceslao Patriuo, sed dejicitur jussu Caesaris. Stransky cap. 8. p. 341. (15) Episcopus Pragens. Vladislavi III. Interregis Bohem. XII. nepos. Theobald. p. 25. (16) Cardinalis, Cælestini III. Pontificis Rom. Nuncius. Hagec. ann. 1197. (17) Episcopum & Interregem Bohem. (18) Premyslaus Dux miserimus operarius. Vid. Dubrav. l. 14. Solim. f. 37 b. (19) i. e. Marchionatu Moravia. Id. ibid. (20) Hag. sub ann. 1199. (21) Stransky c. 8. p. 343 ex aliis. (22) Dubrav. l. 15 fuse hac tractat. (23) Palatinus de VViltresbach. Buckolcerus sub ann. 1208. & alii. (24) Vide apud Hagec. hac omnia. (25) Monasteria. (26) Dubrav. l. 15. (27) Hagec. sub. Ann 1216. ubi Caesaris Friderici II Confirmationem quoq; recitat.

SYMBOLVM.

Publica privatis preferenda.

Publica privatis sunt anteferenda lucellis,
Si servare DEO vis Patriæq; fidem.

ETEOST. ANNI 1200.

CÆSARIS EFFICITVR REX LIBERTATE PHILIPPI
DVX VIGIL OTTOGARVS, CZECHICA FRENA
GERENS.

VENCESLAUS III. LUSCUS,
Rex Bohemor. IV.

CÆSARIS (I) & PATRIS REX FIO MUNERE, PRÆSUL
MOGUNTINUS IN HOC FERT DIADEMA CAPUT.



Prima *coronato mihi* vincitur Austria (2); victæ,
 Hoc simul aure bibit, *Dux Leopoldus* obit.
Quem postquam ulcisci *Fridericus* filius ardet,
 Bitoniâ, quam vix cœperat, arce (3) fugit.
 Idem dum spernit *FRIDERICI* iussa *Monarchæ*,
 Inq; sacras sævit per sua regna domos,
 Sustinet incurfus Bavarî nostrosq; Viennam (4)
Cæsar ubi fidei credidit *ipse* meæ.
Cæsare lenito recipit sua, *meq;*, Viennâ
 Ut cedam, donis tentat aditq; suis.
 Quid petis his? *dixi*: laurû peto, nō moror aurû.
 Nec mora, do famulis, quæ dedit ille *mibi*. (5)
Tattara tum campis *gens* sese infundit apertis,
Hungare, sive tuis, sive, *Polone*, tuis.

Ez

Lin-

Linguuntur pagi, viduantur civibus Urbes,
 Tunc demum visos pervolat *hospes agros*. (6)
 Donec Olomucis illam *Sternbergius* (7) arvis,
 A *me* militiam jussus obire, fugat.

Signa manent meriti; *Victoris* habentia nomen
 Non procul à pugne stant *nova castra* (8) loco.
 Non fors nostra tamen *Fridericum* terruit, ultrò
 Provocat (9), at *Paridis* praelia more fugit.

Pax jam parta fuit, cum rumor, ô *Optime*, dixit,
 A *Nato* sceptris excutière tuis!

Respicio; *meus* Austiacis *Premyslius* (10) armis
 Invadit Moravas Boëmiacasq; plagas. (11)

Milite at exutus fit *Marchio* (12) munere nostro.

„Sic melius precium, qui prece pugnat, habet!

(1) Friderici II. (2) ob Moraviam devastatam. Dubrav.
 l. 15. (3) in Moravia, Austria vicinâ. Hagec. ann. 1231.

(4) captam deditone à Bohemis. Dubrav. l. 16. Soliman.
 f. 39 b. (5) supra 20000 aureorum, addens Vocem Rege di-

gnam: Liberalibus omnia liberaliter affluere. Dubrav. l. 16.

(6) Cureus *Annal. Siles* p. 68. (7) Jaroslavus à Sternberg,
 Baro Bohemus primarius. Soliman. fol. 39 b. ex Dubr. l. 16.

(8) Sternbergium, Arx & territorium in Moravia. (9) ad
 duellum. Dubrav. l. 15. (10) persuasus à malis Consiliari-

is. (11) Hagec. sub ann. 1249. (12) Moravia.

SYMBOLVM.

Prestat esse, quàm videri.

Quid juvat illustrem, fortem magnumq; videri,
 Et non esse? rei plus mihi summa placet.

ETE-

ETEOST. Ann. 1226.

ELIgit Vr, regno qVI præsIt, VENCESLAOS
 OTTOGARO VItaM Rege trahente Patre.

PREMYSLAUS III. Ottogarus,
 Rex Bohemorum V.



CEdite, quot quot adhuc *Cechicas* flexistis *habe-*
 Cui vestram toties *Laurea* parta fuit? (*nas:*
*Ips*e meos quoties volui numerare triumphos,
 Nec potui! numero copia major erat.
Prima meo *Mari* famulas dat *Ssiria* dextras,
Prima *patrocini*um gaudet adepta meum. (1)
 Huic comes, imperiū quoq; passa *Borussiano*strū,
 Jussa pio *CHRISTI* subdere colla iugo.

Fama manet belli, *Mons* hic ubi *Regius* Urbem
 Monstrat (2), quā *nostra* constituere manus. (3)
 Nec profunt *Hunno* (4) bis centum millia: victus
 Terga dat, *Austriacas* dum sibi quærit opes (5)
 Jamq; avidus pacis: sterilē, *inquit*, omitte *Maritā*;
Nostri tibi *Neptis* (6) rectius *Vxor* erit.
 Accipio, quod dat, *Papāq;* jubente, repulsam
Austria *Gemma* (7), novā *Conjuge* pulsa, tulit.
 Restabat *Bavarus* *Boiemis* prædo, *Chodonum* (8)
 Hunc quoq; *victorici* sisto *mororq;* manu.
 Neu bellum reparet, *prædas* ago *Victor* ad *Istrum*
 Usq; sub aspectus, *Rhetica* *Bonna*, tuos. (9)
 Percussus nostris successibus *Ille*, nec *OEgram*,
 Nec mea, quæ tenuit, plura, fugatus habet.
 Obtulit *Imperii* *Nobis* quoq; *sceptra* *Senatus*:
 Sūp̄sistem, at *Procerū* sumere voce *vetor*. (10)
 Hinc *mibi* prima mali labes, hinc *Austria* primū
Stiriaq; in *nostris* desinit esse *bonis*.
 Quas repetens bello *Rudolphi* *Cæsaris* armis
 „*Opprimor* (11). Hæc tantę *clausula* *sortis* erat!

(1) Sylvius cap. 27. Hagec. sub ann. 1153. Stransky c. 8. p. 345. (2) Regiomontum. (3) Dwr. l. 17. (4) Bela IV. Hungar. Regi. (5) Hagec. sub ann. 1260. (6) Kunegunda, Rosislavi, Ducis Bulgariae, filia. Theobald. pag. 33. (7) Margareta, Leopoldi VIII. Ducis Austr. filia, Friderici Bellicosi *Vitæ* *functi* *Soror* *et* *heres* *unicæ*. Hagec. ann. 1261. (8) Chodones rustici in Bohem. liberi, limitum circa Bavariam custodes. (9) Hagec. sub ann. 1265 &c. (10) Magno consensu Electorum delatum ad se Imperium negligit Premyslaus. Du-

Dubrav. l. 17. (11) Soliman. f. 40 b. Stransky c. 8. p. 347
ex Hagec. sub ann. 1278 & alii.

SYMBOLVM.

Rex sit instar Jani & Argi.

Sit circumspectus Jani Rex instar & Argi;
Sic nemo insidiis fraudeq; faller Eum.

ETEOST. Ann. 1254.

NO MEN AVI, OTTOGARVS, qVI, rex, sortit Vr &
heres,

sVsCIpllt eXtInCrI Regla frena patris.

VENCESLAUS IV. Othoga-
rus Pius, Rex Boh. VI.

Nondū octennis erā, quo victus tēpore *noster*
Pro Patriā cecidit cum Patriāq; *Pater.*

Qui *me* tutādū, Brandenburgicus, accipit, Otto, (1)
Ipse *meos* primus milite vastat *agros.* (2)

Sed citò Germanos pestis mutataq; cogit
Mens Ducis *Hercynia* linquere regna *plaga.* (3)

Interea Tutor patriis *me* sedibus Otto
Reddit, & emendat facta priora novis.

Cesaris hinc sāgvis JUDITH mihi nubit ad Oegrā,
Et Pragā, *mea* cūm *Mater* obivit, init.

Sic Rex & *Coniux* avidis *mea* Regna rapinis
Liberō! nec longum tempus, & *illa* vigent.



Oppolium *Casimirus* (5), at *OEgram Caesar* & illas.
 Dat *mibi* (6), quas propior *Misnia* jactat, opes.
 Accessit Regno quoq; *paeta Silesia* nostro,
 Invida ut *Henricum* fata tulere *Ducem* (7).
 Sic quoq; *me* ridet temnitq; *Zavissius* (8) *auctum*,
 Sed poenas fastus perfidiaeq; luit.
 Huic mea, *me puero*, Mater consverat; eidem
 Juncta dehinc *Hunni* filia Regis (9) erat.
 Ille potens *Phœbi* studio thalamisq; superbus,
 Jactabat *veteres*, patria signa, *Rosas*.
 Meq; per insidias *solio* elisisset *aviso*,
 Si ad *Siculas* issem, quas dabat ille, *dapes*.
 Gratia, *IOVA*, *Tibi*, Tu namq;, *Zavissius* in *me*
 Quos animat, propera morte perire jubes!
 Ho-

Hostibus extinctis & factâ pace coronor,

Millia ubi *nostro* pasta ducenta cibo (10).

Excipit hos plausus mors Cōiugis, hoc tamē ingēs

Elisabetha (11) malum *nupta* deindè levat.

Ille suos *mibi* dotales dat habere *Polonos*;

Indè sub imperio sunt *duo Regna* meo.

Tertia restabant *Calo*, quæ maxima, quando

Aulæ Regalis construo *Templa* (12), patent.

„ *Regna* valete soli! nuper *mibi* claustra valete

„ *Condita!* *me* posthac *Calica* *Templa* juvant.

(1) *Marchio*, Longus dictus, Premyslai III ex *Sore* nepos.

Stransky c. 8. p. 348. (2) Hagec. ann. 1282. (3) Hagec.

ibidem & seq. ann. (4) Rudolphi I Austriaci. (5) *Dux*

Oppolensis, qui ultro se & sua Regno Bohem. tradidit. Hagec.

sub ann. 1289. (6) *Dotis nomine*. Solim. f. 41. (7) *Vra-*

slavensem, Probum dictum. Dubrav. l. 18. Vid. Hagec.

(8) *Rosensis*, Optimatum Bohem. celeberrimus, de quo Hagec.

prolixè & Dubrav. (9) Ladislai III. (10) Sylvius cap. 28

equitum ducenta millia, peditum vero infinitam multitudinem

ex regia liberalitate pastam fuisse memorat, & quidem in paten-

tibus campis, ut Hagecius sub anno 1297 graphice describit.

(11) Premyslai, Regis Polonia, filia, à suis *Richsa* dicta. Reusn.

& Theobaldus in Geneal. (12) Quale fuerit hoc Monasteri-

um & quanti splendoris, docet Sylvius cap. 36. Hagecius ann.

1297.

SYMBOLVM.

Regum honos onus est.

Omnis honos onus est, Magnorum antè omnia

Regum;

Horum namq; parùm sceptrâ quietis habent.

ET EOST. ANNI 1297.

EXCEPIT PVLCHRA Vt rVtILVs sol pignora
 LeDæ,
 sCeptra CapIs Regni, VENCESLAE, tVI.

VENCESLAUS V Degener sive
 Malus, Rex Boh. VII.



Fructus erā præcox, (*Malghincsu dicto, opinor*)
 Invidit titulis mors properata meis.
 A decimo quartus vix dum *mibi* cœperat annus,
 Hungara cùm Regem *me* sibi terra petit. (1)
 Et placui primùm; sed enim citò gratior Hunnis
Carolus, à magno *Cæsare* missus, adest.

Is dum *me* foliō tentat detrudere, Budæ

Alta *meus* cingit tecta repente *Pater*.

Nec prius absistit, quàm *me* Gens Hunna coronâ

Conspicuum Genti mittat adacta mea.

Cùm redii, *CAESAR* magis irritatus ad ipsam,

Albertus Cuttnam (2) Teutona castra locat.

Sed locat incassum. Nam Civis, fluminis undas

Inficiens, hostes peste latente necat. (3)

Interea moritur *Pater*, & *mibi* linoquit habenas:

Res Procerum primis non satis illa placet,

Causa subest, *metuunt*. ne, quod sū sæpè minatus,

E malè quæsitis ejiciantur agris.

Hinc quoq; plebejo fermè *mibi* sâgvine natâ (4)

In focii gaudent jura venire tori.

Sic exarmato petere arva Polonica svadent, (5)

Et rapere antè *Patri* subdita Regna *meo*.

Ignavi non îsse fuit! feror ilicet illuc,

Hospes Olomucias jamq; subintro domos,

Cùm *me* Duringus *solum* Conradus adortus,

Enecat, & fato mox perit ipse pari. (6)

„Vitæ summa brevis; breve festū gaudia mundi!

„Hęc tamen ipsa hominum vis breviora facit.

(1) Hagec. ann. 1301. Dubrav. l. 18. (2) *Vrbem Bohem. argentisodinis celeberrimam.* Hagec. ann. 1304. (3) Du-

brav. l. 18 & Hagec. *ibidem*. (4) *Violam, Ducis Teschinen-*

sis Casimiri Esiam. Hagec. ann. 1306. Reusn. in *Geneal.*

part. I. pag. 142. (5) Dubrav. l. 19 & *alii*. (6) *Sylv. c. 29.*
Vide Hagec. & Dubrav. d. l. qui ambo necem miserandam Re-

SYMBOLUM.

*Bonum est, nec credulum esse,
nec crudelem.*

Nec te crudelem præbe, nec credulum Amicis,
Noxia nimirum parte ab utrâq; fluunt.

ETEOST. ANNI 1306.

sVsCepIt soLII tVnC reX VENCZLA V s ha-
benas,

oCto Vt Vitæ annos DVpLICat ILLe sVæ.

RUDOLPHUS I. Mitis, Austria-
cus, Interrex Boh. XIII.

M *Ascula* desierat jam *Stirps Premyslia*, deq;
Rege novo Procerum rixa cruenta fuit: (1)
Nam, qui sceptrum *meo* cupiebat tradere *Fratri* (2),
Teuto genus, Cechico protinus ense cadit. (3)
Exclamans *populus*, Sic sceptrum sibi paret, *inquit*,
Ambitio; Cechiam qui regat, *alter* erit!
Nec mora, consensu Procerum, cui *Regia* nupsit
Gnata (4), Carinthiaco sūt data *Regna* Duci. (5)
Non latuere *meum*, quæ facta fuere, *Parentē*: (6)
Ad *Launā* (7) ergo aquilas promovet usq; suas.
Occiduis qui dūm *Boiemos* terret ab oris:
Iglava quā dives visitur, *ipse* feror.



Attonitus gemino quid Marte Carinthius? exit,
 Cumq; suis *mih*i se tradit *Elissa* (8) bonis.
 Non durant violenta! negant *mih*i Regis honorē,
 Qui columen *Cechici* flosq; fuere *soli*:
 Hos ad Horazdoviū lævis cum persequor armis,
 Profluvio læsi ventris ab ipse cado. (9)

„ Sic humana fluunt! sic fluxa caducaq; Mundi
 „ Sunt bona! sic subito, quæ valere, ruunt!

(1) *In Comitibus publicis.* (2) *Friderico Pulchro.* (3) *Vide Hagec. sub anno 1306. Dubrav. l. 19.* (4) *Anna, Venceslai IV, Regis Bohem. Filia.* (5) *Henrico, Meinhardi Filio. Reuln. in Geneal. pag. 142.* (6) *Albertum I Imperatorem.* (7) *Urbem Bohem. ubi castra metatus est.* (8) *Elisabetha, Venceslai IV. Vidua.* (9) *Stranky cap. 8. pag. 851. ex aliis Histor.*

SYMBOLUM.

Omnia humana vana.

Quidnam sint humana, rogas? sunt nil nisi vana
Omnia, Divinum pròindè require Bonum.

ETEOST. ANNI 1306.

EDITVS AVSTRIA CÀ PRÆSTAS EX IMPERO DOLPHVS
EVECTVS FRVITVR REGIS HONORE NOVI.

HENRICUS II. CARINTHIUS,
Interrex Boh. XIV.



DEseruit terras Regnumq; Rudolphus, & omnis
Boemia sub nostrum cogitat ire iugum.
Ecquid erunt, dixi, meliora secunda? fuissent,
Ni Cechicos bello CÆSAR (1) adisset agros.

Ille suo Regnum dum tentat tradere Nato (2),

Teutone Cuttnenses (3) milite carpit opes.

Cum Nurus (illa fuit Regi data nupta Rudolpho)

Dotales Urbes tradit Elissa suas.

Interea revocor: parto duce Caesaris alas

Summovet à patrio vis Cechiana solo.

Sed neq; sic sublata lues: mea turba, rapinis

Dedita, me turbis implicat indè novis.

Cuttna prior, mox Praga caput conjurat in istud

Inq; omnes, animo qui placuere meo (4).

Ad mala tot, nobis ne quis novus æmulus adsit,

Affinem Berkæ tradere tento meam (5).

Illa fugam celerans Nymburgam devenit Urbem,

Caesaris HENRICI (6) deinde futura Nurus.

Auxiliis Ejus IOHANNES filius usus,

Rex fit, aditq; meas hospes & hostis opes.

„ Sunt aliis aliæ pestes diversaq; fata:

„ Æmulus est quanti bis mihi causa mali!

(1) Albertus I Austriacus. Dubrav. l. 19. (2) Friderico.

(3) Urbis Cuttnæ argentsera. Hagec. ann. 1307. (4) Vi-

de Hagec. ann. 1309. Soliman. f. 44. (5) Elisabetham,

Venceslai IV Filiam, Hinconi Berkæ, Procerum primario, Go-

lust jungero, impari matrimonio, Henricus Carinthius, sed fru-

strato Dubrav. l. 19. (6) Hujus nominis VII.

SYMBOLUM.

Nil difficile volenti.

Nil tam difficile est, quod non queat esse volenti

Pervium, in officiis consiliisq; catis.

ETEOST. ANNI 1308.

Frena Carinthia CVs LVXata HENRICVS
ab VnDè

eXVgens, CeChICIs CogItVr Ire ab agrIs.

JOHANNES LUCEBURGIUS,
Rex Boh. VIII.



EXaturata suis *Boiemia* cladibus, ultrò
Me vocat, & *Regno* dem pia jura, rogat (1).
Praga diu nutans, cûi Regi pareat, ad me
Transit, ubi à laniis est *patefacta* suis (2).
Cujus ad emplum famulas dant oppida dextras,
Cætera, dum capiti *parta corona* meo est.
Prin-

Principiò *Moravos Boiosq;* latronibus *agros*

Libero, cum latebris *fæx* ruit illa suis (3).

Hinc Urbs *Satecium*, validis circumdata *Suevis*,

Auspiciis *victrix* plaudit *ovatq;* meis (4).

Austriacus (5) *Bavaro* (6) *Imperii conatus* habenas

Eripere, ad *Svevas ME* quoq; sensit *aquas*:

Tumq; adeò *Fratrè Henricū* (7) quo tēpore vidit

Hæc *captū* dextrâ castra *Bohema* sequi. (nus(8),

Frater at hūc postquā *precio*, prece liberat *Hun-*

Sub nostras *leges Znôima* (9) *recepta* redit.

Pro *meritis* illis à *CÆSARE* *Marchia Brenni*

Pacta MIHI, sed non tradita, *terra* (10) fuit.

Hoc dolet! ergò celer *Lusatios* premo fortibus ar-

Cæsarioq; *jugo* subtrahō, *maçto* meo: (mis,

Tutor eas *Otto* (11) *Cechiæ* interceperat olim,

Illo sublato *CÆSAR* habebat, *opes*.

Quas ubi restituo *Regno*, *me CÆSAR* & *OEgrâ*

Donat, & hæc *sartam* firmat *amicitiam* (12).

Hanc *Papa* (13) *dissoluit*, quo fomite *Cæsaris* *Urbes*

Aggredior, *sceptris* *adjicioq;* *meis*,

Cum *Mediolano* *Lucam* *Parmamq;* *Quid* ultra

Provehor? Hæc *Gnato* sunt *memoranda meo*.

Ultima me perdunt, *oculis* ubi *causus* in *Anglū* (4),

Tuta sit ut *nostro Gallia* *Marte*, *feror*.

Cùmq; *alii* *fugiunt*, quâ *maxima* *prælia* *gliscunt*,

Inferor, & *multos cædo*, *simulq;* *cado*.

F

Ult-

Ultq; diem noris, Ruffi lux luxit, in atris
 Hinc, quod & *Ottocarū* sustulit illa, Cecho est 15.
 „ Quid meruere dies? benè *Boii* vivite vitam,
 „ Atra dies nunquam, candida semper, erit!
 (1) *Legatis missis. Vide Dubrav. l. 19.* (2) *Hagec. sub anno 1310.* (3) *Dubrav. l. 20.* (4) *Hagec. sub anno 1318, licet nonnihil variet.* (5) *Fridericus Pulcher.* (6) *Ludovico V.* (7) *Placidum dictum, propria manu Iohannis Regis captum. Hagec. ann. 1319.* (8) *Carolus, Rex Hung. Hagec. ann. 1323.* (9) *Vrbs Moravia.* (10) *Marchionatus Brandenburgensis.* (11) *Marchio Brandenburgensis, Tutor Venesilai IV.* (12) *Consule Hagec. ann. 1323.* (13) *Iohannes XII & success.* (14) *Eduardum III Regem.* (15) *Dubrav. l. 21 ad calcem.*

SYMBOLVM.

*Paulatim qui ambulat,
 procul ambulat.*

Ambulat ille procul, qui paulatim ambulat: am-
 Progressus etiam sic levia ausa vident. (plos

ETEOST. ANNI 1311.

st Irps Vbi penè erat In regno COLLISABOHEMO,
 gestat IOHANNES REGIA SCePTRA potens.

CAROLUS Imperator, e. n. IV,
 Rex Bohemorum IX.

CAROLUS egredior; *Proceres* assurgite *Boii*:
Vester honos, fuerat dum *mihi* vita, fui.



Nā quo Marte Viros aut quo puer impete fundo!
 Cūm bellis *Italos* pūlso premoq; *Duces*.
 Bis dejectus equo, quā Mars furit, & propè victus
 Vinco tuum tandem, *victa Verona*, Canem (1).
 Hinc *Italas Vrbes* placidā sub pace regentem,
Me contra quoties irritus hostis iit (2)!
 Nondum *Cesar* eram, cūm *Cesare* digna patranti
 Vir magnus (3): *CAESAR tu quoq;* (dixit) *eris*.
 Externis igitur cultum ne temnite *Boii*:
 Ne *meriti* non sit gratia nulla *mei*.
Primus ego è vestris Ducib9 (quę gloria vestra est)
Imperio leges sanctaq; jura dedi.
 Prima *DEI* *mihicura* fuit, quod Tēpla loquuntur,
 Quæ *Slavis* (4) *nostrā* structa videtis *ope*.

Fz

Nec

Nec *Carolina* tacet nostras *Academia* curas,
 Et nata & properè sumtibus aucta (5) meis.
 Hoc opus, hæc pietas, hæc prima elemēta fuerūt
 Ingressi æternæ nobile laudis iter.

Autorem *Nova Praga* suum *ME* prædicat &, quod
 De *nostro*, Castrum (6), *nomine* nomen habet.

Vultava *quem* frustra *pontem* (7) indignatur & illi
 Turris juncta, *meæ* sunt monumenta *manūs*.

Quid Bacchi colles, quid in Arce palatia nostrâ,
 Quid memorem laudes, *aurea Bulla*, tuas (8)?

Hinc, quod adhuc Cechiæ Regi vix contigit ulli,
 Me *PATRIÆ* dixit *Patria cara* *PATREM*.

Carpitur hîc unum, *Patriis* quòd *finibus* hæsi!

Crimen at hoc meriti pondus & instar habet:
 Sumtibus *Imperii* tali ratione peperci,

Cui bellum partas attenuarat opes (9).

„ Rodet tamen, livor, genuinum frangis in *illis*,

„ *Quos* Regio *meritos* Relligioq; canit!

- (1) Soliman. fol. 46 ex Hagec. & Sylv. (2) Dubrav. lib 21.
 (3) Erat is Petrus Cardinal. tandem Pontifex creatus, & Cle-
 mens VI dictus: cui Carolus ipse hanc quoq; prædixit dignitatem.
 Vide Comment. de Vitâ Caroli 4. (4) Monasterium Slavo-
 rum Neo-Praga amplissimum, in quo lingvâ maternâ Sacra fie-
 rent. Hagec. ann. 1348. (5) In hac anno 1407 quadragin-
 ta quatuor Studiosorum millia (exceptis Bohemis) numerata
 fuisse Alstedius in Thesaurò Chronolog. post alios Autores memo-
 rat. Vide Hagec. (6) Carlsteinium, ubi Corona cum Privi-
 legiū Regni asserbat. (7) Pons Pragensis lapideus, duodeci-
 ginti arcubus & utrinq; altiss. turri insignis, 862 ulnas longus.
 (8) Recenset illas Christianus Matthias in Theatro Histor. pag.
 665 b. (9) Vid. Hagec. sub ann. 1370. Dubrav. l 22.

SYMBOLUM.

Optimum alienâ insaniâ frui.

Profuerat multis aliena insania: Nobis
Prodesse his-ipsis est potis illa modis.

ETEOST. ANNI 1347.

Antè QVIRINALIS LECTVS REX CAROLVS VRBIS
DEFVNCTO ACQVIRIT SCEPTRA RELICTA PATRE.

VENCESLAUS VI, vulgò Ignavus, Imp. Rom. Rex B. X.



Huc veniat, *nostro* quisquis detrectat *honori*,
Ignaviq; feram *nomina* falsa, jubet.

F 3

Non

Non ita Marquardus *me* Vartenbergius Heros (1)
Sentit, ubi precium seditionis habet.

Diruta *Marte meo* Zlebiensia mœnia vidit,

Arx prædata meos fit citò præda meis (2).

At bis captus eram, bis tetro carcere clausus?

Ista *mei Fratris* (3) culpa pudenda fuit.

Non impunè tamen! nã doctis dono Camœnis,

Quæ domus Autolyçi Consulis (4) ante fuit.

At *Proceres* cædi Carlstêinum vidit? & illic

Turba *mibi* pœnas heû malefida dedit (5)!

Haudq; aliû expertus *me* Zeulus prædo flagransq;

Budiffina novâ seditione cohors (6).

Tunc &, qui CHRISTO convicia dicit, Apella

Orbis in Urbe (7) mei multus ubiq; jacet.

Quôq; Viri perit Virtus autore, repertor

Bombardæ, *Monachus* ter *Niger* ille (8), perit.

Fata Viros inopina movent! Civilis Enyo

Plùs quoq;, quàm credat tyro, pavoris habet.

En, *ego*, qui pressi titulis opibusq; potentes,

Zisca, tuâ auditâ seditione tremo.

Qualis ades! qualis *cineres* ulcisceris *HVSSI!*

Quot letho mergis quosq; quibq; modis (9)!

Turbine sub tanto *mibi* vis apoplectica vitam

Rumpit, & impositû ponere cogit onus (10).

„ Inunc, Regna mali mirare morareq; Mundi:

„ Num tibi de tantis certa vel urna bonis?

(1) *Procerum Bohem. strenuissimus.* (2) *Vide Hagec. sub an-
no 1384.* (3) *Sigismundi, Regis Hungaria. Dubrav. l. 23.*

Hagec. ann. 1394. (4) Palao-Pragensis, cuius ope E opera capiebatur. (5) Hagec. sub anno 1396. (6) Vide annal. Lusata Manli. (7) Praga Iudae seditiosi ipso Paschatos die caduntur. Anno 1390. (8) Bertholdus **Schwartz** Norbergæ jussu Venceslai Imperatoris condemnatur ad mortem. Anno 1489 (9) De bellis Hussiticis vide M. Zachariæ Theobaldi tractatus prolixos. Huc spectat illud Sylvii: Hussitica bella verissima, apud posteros plus admirationis quam fides sunt habitura. (10) Hagec. ann. 1419.

SYMBOLVM.

Morosophi moriones pessimi.

Morio plebejus malus est, sed peior agrestis;
Verum Morosophus morio pessimus est.

ETEOST. ANNI 1378.

Cæsar erat LeCtVs qVIVINCESLAVs, habenas
Regni, CarolIDES, aCCipit ILLe patris.

SIGISMUNDVS Imperator,
Rex Bohem. XI.

SCeptra SIGISMUNDŏ cū prēso Bohemica *Cæsar*,
Zisca ferox dextro prælia Marte facit.

Hoc duce Pilsna (1) prior, tripolis mox *Praga*, re-
sustinet hostiles nō sine laude manus. (cepto

Ipse ego, mons *Zisca* (2) quâ visitur, agmine verso
Cædenti *casus* cedo, retroq; feror (3).

Ille potens voti plures *sibi* subjicit Urbes,

Et passim Monachis claustra dicata cremat.



Hoc sine Carlstêini *Dux* irritus obsidet Arcem,
 Affectat Cechicas dum *Coributus* (4) opes.
Zisca dehinc Hradecî pulchrâ celer occupat Ur-
 Iгла tremitt, Moravas dum petit *ille* plagas. (bē:
 Vah pudet! *Ipse* Viro regimē paro tradere (5), solo
 Dum Regis titulo *me* sinat Ille frui.
 Restitit huic fortuna probro, nam *Zisca*, pacisci
 Dum properat *mecum*, peste peremptus obit.
 Sed neq; sic depulsa lues, quia *turba superstes*
 Secta bipartitò (6) templa domosq; quatit.
 Albis inops Ustam (7) confidere vidit in ignes,
 Et quinquaginta millia cæsa Virûm, (8).
Praga domi tandem ruit in se, ubi jã foris hostis,
 Qui miscere velit præmia, nullus adest (9).
 Mox, irâ positâ, te, *Misnia*, terret, & amplas
 Imperii latè depopulatur opes (10).

Nec *Papa* magnum Bojemos sustinet agmen (11),
 Quod procul à Tustá Panicus horror agit.
 Post tot bella ferâ cū gente paciscor (12), & anno,
 Qui sequitur, Znóimam devehor & morior.
 „ Ex aliis facilem fortunam discite *Reges*,
 „ Non ex *me*, sortis qui pila dictus eram.

(1) *Vrbs Bohem. munitissima.* (2) *ab eius victoriâ sic dictus;*
olim mons Vikonis. Hagec. ann. 1420. (3) *cum centum*
quinquaginta millibus armatorum. Stransky c. 16 p. 476. ex
atsis Hist. (4) *Princeps Lithuanorum.* (5) *profligatus de-*
uò cum amplissimis totius Imperii copiis. Dubrav. l. 26. Clu-
verus Epit. Histor. p. 649. (6) *in duas Orphanorum & Tabo-*
ritarum factiones. (7) *al. Auliam, (Aulig) Oppidum Bo-*
hem. (8) *Stransky d. l. ex nonnullis Histor.* (9) *Hagec. sub*
anno 1429. (10) *Calvis. in Chronol.* (11) *Centum triginta*
millium armatorum. Sylvius c. 48. (12) *Vide Hagec. sub*
anno 1436 & seq.

SYMBOLVM.

Munera Regum non sunt me-
ritoria, sed fatalia.

Sunt fatalia, non meritoria munera Regum:
 Hæc infelici vix dabit Aula Viro.

ETEOST. ANNI 1420.

HVngariæ præses terræ Cæsarq̄ve Coronam
 Pragenâ Capiti ponit In Arce svo.

F S AL-

ALBERTVS Imperator,
Rex Boh. XII.



Quod *Socer* [1] optavit, prior Hungarus, indè
Bohemus

Bellipotens, *Regni* dant *mibi* fræna sui.

Dissensere Taboritæ. (Globus ille, *Polono* [2],
Anxius, ut *Regnum* tradere posset, erat.)

Hos ego, quâ positu *Tabor* est munita manûve
Urbs fatis, à mediâ condita plebe [3], peto.

Illam *Lechigena*, ME Dux *Fridericus* [4] & ejus
Misnia præsentis fulcit & armat ope.

Jam sex obsidio menses duraverat, & spes,
Urbis posse capi mœnia, nulla super.

Ergò feror Pragam, patrios *Fridericus* ad agros,
Cui *Cechus* insidias visq; Polona parant.

Fraus sed in autores recidit, vincuntur, & udam

Acre genus propè te, Brixia [5], plangit humū.

Intereà gemini presso *mibi* munere Regni,

Imperium fasces dat quoq; ferre suos.

Pareo, sed parvo fero tempore: tam citò *nobis*

Sublegitur letho, tam citò *parvus* honos!

Forfitan hoc ipsum, qui tunc arsêre Cometæ [6],

Sunt visi populis significare meis?

„Nescio: sed tabulam Cælum scio non malè dici,

„ *Ars* ubi *doctæ* Virūm fata vicesq; notat.

(1) *Imperator* Sigismundus. (2) *Casimiro*, Vladislai I *Ia-*
gellonis Filio. (3) *De hac Vrbe* Vid. Stransky cap. 2. pag. 39.

(4) *Electōr Saxoniæ*, huius nominis II. (5) *Vrbs Bohem.* *De*
conflictu illo consule Hagec. sub anno 1438. (6) *Crinis* &
caudatus. Hagec. d. l. & seq.

SYMBOLVM.

Amicus optima vitæ possessio.

Optima si qua potest vitæ possessio dici,

Illa mihi fidus non nisi Amicus erit.

ETEOST. ANNI 1438.

QVæ fVIt orta Dies Petri pAVLIqVe saCrata,

ALBERTI Regis fVLgIDA sCeptra tVLIIt.

LA

REGES BOHEM.
LADISLAUS, Rex
Boh. XIII.



Cum Pater Albertus superis concessit ab oris,
Materno clausum ventre [1] tenebar onus.
De partu dubii Boiemus & Hunnus, uterq;
Externis Regni vult dare fræna sui.
Respuit Albertus Bavarus data, meq; Bohemis
Heredem mavult dicere jura meis [2].
Interea Cechicas Baro fert Meinardus [3] habenas,
Sub quo prædatrix vindice turba gemit.
Qui simul, ut magnâ me CÆSARIS eximat aulâ
Avolat, ad prædas fax redit illa suas,
Indè Podebradius Bojema Georgius [4] arva
Præfectus, Cuttnâ lectus in Urbe, regit.

Jam

Jam pressus Geticis *Vladislaus* [5] occidit armis,
Et fugitiva *mibi* redditur Hungaria.

Cū, *qui* Bojemo nostrā vice functus in orbe est,
Kunstadius Pragam, victor ovansq; subit:
Et memor illati Bojis à *Saxone* damni,

Geroviæ Dominum Geroviamq; capit [6].
Nec mora, *me* Cilæ Comes Henricusq; Rosensis
Ad Regna ex *alti* *Cæsaris* arce trahunt [7].

Ergò *Bohemiacum* Regem prior Igla salutat:
Indè coronari *me* mea Praga videt [8].

Hic ubi dum thalami paro foedus inire jugalis,
Pro thalamo tumultū mors *mibi* seva parat [9].

„Nulla fides sceptris! qui Regna perennia quærit,
„ In *superâ* quærat (si sapit) illa *plagâ*.

(1) *Elisabethæ, Imperatoris Sigilmondi Folia.* Hagec. ann. 1440. (2) *Sylvius* c. 58. (3) *Burggravius Pragensis, prædonum hostis.* (4) *Baro de Kunstad, genus à Comitibus Niddanis & Beineccis trahens, Gubernator Regni Bohem. constituitur in Comitibus ann. 1450.* (5) *Rex Hungar. ad Varnam cum copiis suis à Turcis casus est.* Ann. 1444. *Dubrav. lib. 28.* (6) *Chron. Mansfeldens* c. 330. *Hag* ann. 1450. (7) *Sylv.* c. 60 (8) *Hagec. sub anno 1453.* (9) *Vid. Dubrav. l. 31 & al. Hist.*

SYMBOLVM.

*Regna indigent magis animis,
quàm annis.*

Quid mentum spectas? Mentem spectato senilē:
Non annis etenim Regna, animis sed egent.

ETEOST. ANNI 1453.

Vt ter qVinqVe Dies tetIglisset sCorpIVs aXe
phœbi, reXLADsLAVs Regla sCeptra CapIt.

GEORGIUS Podebradius de
Kunstat, Rex B. XIV.



Antè diē moriens *Ladislavus*: hæc mihi, *dixit*,
(Monstrabatq; meam) dextra fidelis erat.
Sic quoq; sit nobis! *triplex* simul excipit *Ordo*,
Datq; *mibi* Cechiæ scepra tuenda suæ.
Igla repugnat adhuc; *cui* cinctæ milite nostro
Sceptriger optatam fert prece *CAESAR*(1) opē.
Indè movens vitiis bellum, celer abrogo, quæ tū
Materies litis nigra moneta fuit (2).

Evolat è vinclis *Matthias* munere nostro,

Hunna dari Regem quem sibi *terra* petit.

Marte meo CÆSAR defensus in Urbe Vienna.

Multa *mibi* confert præmia, multa *meis* (3).

Indè quies *Cechia* data; sed non longa, feroci

Nam Proceres illam seditione fugant. (cusant
Raudniciū hinc & Lestno, sed & Sternberga 4, re-

Dum *mibi* cum Dominis subdere colla, ruunt.

Rex quoque *Matthias* nostris adspirat habenis,

Laturum *Socero* quem *mibi* rebar opem.

Impia successu caruerunt arma, bis *ille*,

Ad *Cechia* penetrans vix juga prima, fugit (5).

Fòrtè *Rocheanus* moritur, mea cura, *Iohannes*,

Qui *Cechico* lectus *Præsul* in orbe fuit.

„ *Ille* præit, dixi, neq; jam mora, consequor. Uno

„ *Praga* triurbs anno (6) vulnera bina gemit!

(1) *Fridericus III* per amicam intercessionem. *Dubrav. l. 30.*

(2) *Hagec. sub anno 1458.* (3) *Filios Georgii Regis Frideri-*

cus III Imperis Principes creavit, & ipsum 40000 aureis hono-

ravit ob liberationem sui & suorum ex immanissimis periculis.

Dubrav. d. l. Ann. 1462. Stran. ky c. 16. p. 359. (4) *Ar-*

ces in Bohemia Hagec. ann. 1467. (5) *Stransky cap. 16.*

pag. 478. (6) 1471. *Hagec. & Dubrav.*

SYMBOLVM.

Plures sunt Placentini, quàm

Veronenses Amici.

Esse Placentinos plures nunc Principū Amicos,

Quàm Veronenses, quælibet Aula docet.

ETEOST. ANNI 1458.

CVM fVIt & soLlo sCeptroqVe GEORGIVS
aVCtVs,
LVstrabat phœbVs taVrea terga VagVs.

VLADISLAUS IV. Polonus,
Rex Bohem. XV.



Regis egens Synodum cogit *Boiemia* Cuttnæ,
Hic ubi *me* major pars potiorq; legit.
Vix adii *Cechidos Regnum*, tetraq; cicadæ
Atra famesq; meos dira luesq; premunt (1).
Quæ mala cum cessant, altâ celer excito turrim,
Quâ propius tangit *Praga* Vetusta Novam.
Æmu-

Amulus indè, meis iterùmq; iterumq; fugatus
Matthias *mecum* foedera pacis init (2). (bat

Tūc quoq;, quo Latiū, quo *ME*, quo claustra pete-
Praga, leves cantus sistere cura fuit.

Dumq; neco autores, gliscit nova turba: Sed illa
Tempeſtiva vētat surgere bella lues.

Interea vetiti cantus revocantur, & Arcem
Vencslai, faciunt, *Rex* uti dēinde colam.

Has contra turbas *Curtina* concluditur: alter
Alterius fugiat vituperare fidem (3).

Pax simul emicuit *Matthiā* morte perempto,
Accedunt titulis *Hungara Regna* meis (4).

Regalemq; fugit me *Maximilianus* (5) ad Albam;
Cædunturq; *meā* Turcica castra manu (6).

Cūm rediū, pontem quondam tibi, *Carole*, coeptū
Appropero positā continuare morā (7).

Dumq; Togæ studiis & amicæ consulo Paci,
Et caveo *Regnis* quā-viā-cunq; *meis*, (nis

A cruce dicta cohors, lōgā cruce digna, quot Hū-
Aggerit incursu damna crucesq; meis! (clo (8):

Servus Hero fera bella movet duce & auspice Ce-
Præda sed eventus non habet illa bonos.

Ferrea namq; ducem premit atq; ignita corona.
„ Heū precium pugnae, *rustice*, quale refers?

(1) Hagec. ann. 1473 & seqq. (2) Olomucis in Moravia.
Dubrav. lib. 31. (3) Videatur de his omnibus Hagec. sub ano
no 1480 & seqq. (4) Dubrav. d. l. (5) Friderici Impera-
toris filio, Vladislai in occupando Regno Hungar. amulus.

(6) Dubrav. de his *Vid. d. l.* (7) Pons Pragensis à Carolo 4
inchoatus, Vladislai auspiciis continuatur. (8) De hoc Ceclo
 & eius rabie deq; rusticorum ac militum ipsi adhaerentium *sa-
 via Dubrav. l. 32. De horrendo supplicio Decius lib. 3 & Cu-
 reus in Annal. Siles. pag. 233.*

SYMBOLVM.

*Præclarum est Virtute
 & Sangvine niti.*

Præclarum est niti Virtute & Sangvine Regum,
 Quivis Magnatum nec Decus Illud habet.

ETEOST. Ann. 1471.

Wladslavs, Regis generosa propago Poloni,
 Delight Vr solio, CzeChla nota, tVo.

LUDOVICUS, Rex
 Boh. XVI.

A Ntè diem *natum*, antè diē *diademate cinctū*,
 Antè diē *Patris me duo Regna gravant* (1).
 Antè diem *Mariae* (1) jungor, quo tempore *nobis*
Bellogradum rapiunt Sabbatiumq; Gera.
 Antè diem, *Solymanne*, tibi celer, antè meorum,
 Adventū, properans prælia, mergor aquis (3).
 Omnia sic *Nobis* properata & acerba fuerunt!
 Et mirere dies fruge carere meos?

Flu-



Fluctuat ut subitum, subitò quod crevit: honorè
Maturum Sapiens consiliumq; probat.

Ne tamen haud meritu laudè, clamate *Bohemi:*

Profuit, haud tantum præfuit, *ista manus.*

Fæx vaga prædonū, quæ Vos, quæ vestra, preme-
Exilium, pœnas exitiumvè tulit: (bat,

Quæq; diu Proceres Civesq; dis-improba-traxit
Lis habuit finem *me moderate* suum. (4).

„ *Qui* sic sceptrâ tuli, puer & juvenilibus annis:

„ *Quis*, si sivisset Parca, *fuiturus eram?*

(1) *Ann. ibi 2, hic 10. Calvis. in Chronol. Stransky cap. 8. pag. 361.*

(2) *Caroli V Imperatoris & Ferdinandi Regis Sorori: ann. Christ. 1521, aetat. 15.*

(3) *Dubrav. cap. 33 copiose ac verè de his agit omnibus.*

(4) *Hagec. sub anno 1520 & seq.*

Dubrav. d. l.

G 2 SYM-

*Pietas & Æquitas est tuta
Regnorum firmitas.*

Imperium firmat praxis Pietatis & Æqui;
Hâc sine nulla diu Regna virere queunt.

ETEOST. ANNI 1522.

CzeChlCa reX qVanDo LVDoVICVs frena
gerebat,
presVs erat sVpero taVrVs ab AXe feroX.

FERDINANDUS I. Imperat.
Rex Bohem. XVII.

Surrogor *Affini*, Dominâq; coronor inUrbe(1):
Terra sed intereâ non nihil *Hunna* movet.
Nam pars, *Sepusio* dederat quæ regna *Iohanni*,
Abnegat *imperium* ferre superba *meum* (2).
Quos simul ac licuit motus componere, *Praga*
Reddor, & accisis affero rebus opem.
Admouet intereâ *pulchra* sua signa *Vienna*
Threicias cogens *irux Solymanus* opes.
Sed pulsus, versusq; suas malefortis ad artes,
Quæ nequirit pugnâ, dat *mibi* damna fugâ.
Jam *Rex Romulidum* legor electusq; coronor,
Cùm morum & Themidos *me* pia cura tenet.



Sobrius ergò *meos*, Synodo applaudēte, *Bohemos*
 Potandi moneo, ne Cacoëthes ament (3).
 Jam, quæ *me* fecit quindenâ prole *Parentem*,
 Antè annos *Coniux*, cùm parit, *ANN* Aperit (4).
 Imò preit! Nā missa *Polo*, haud amissa putāda est,
 Quæ Patriæ & Regnis cara DEOq; fuit.
 Tum pullas vestes, ut raptâ *Matre*, Bohemi,
 Ignari maneant quòd graviora, ferunt.
 Fortè *meus Frater* (5) cùm *Saxone* bella gerebat,
 Illis *iste* meas carpere cœpit opes.
 Ergò *Cechos* jubeo celeres rapere arma; recusant:
 Visa quòd his Regio Relligioq; peti (6).
 Dūq; ita cunctantur, *mibi* vincitur Hostis, & eheu
 Vincula fert illâ, quâ tulit arma, manu (7)!

Quid Boji? *mibi* permittunt sua seq; trementes,
Et jacet antè meos *Bæmia victa* pedes.

Do veniam populo, postquã capita amiserunt,

Qui fax incepti, qui caput, hujus erant (8).

Interea fatur annorum sceptriq; *Monarcha*.

CAROLVS, ut sumã pondera dura, monet (9).

Sumo *mibi* decreta diu, mereorq; placere,

Dum *me* clementem pacificumq; probo (10).

Ipsè domi jubeo *Cechiã* discedere Apellas

Blasphemos *Superis* indigenisq; graves (11).

Multus & in curã belli, quo Turca periret,

(Testes *tot Synodi* vitaq; tota) fui.

Correcturus eram *Cechia* quoq; *iura*, sed illinc

Mors morbis in jus *me* citat atra suum, (12).

„ Mors ô avara & amara! piis ut sæpè rebellem.

„ Opponis coeptis infidiosa pedem!

- (1) In *Metropoli Pragensi*, ann. 1527. Christian. Matth. *Theat. Hist.* pag. 772. a. (2) Sleidan. *Comment.* lib. 6, ubi etiam seqq. de Viennã, ut & de Ferdinandi, Regis Bohem. in R. Romanorum electione, sunt videnda. (3) In Comitibus Regni, ann. 1545. (4) Eberus in *Calendario*, ad 27. Jan. Ann. 1547. (5) Carolus V. Imperator. Iohannem Fridericum, Electorem Saxon. Anno eodem persequitur bello. (6) Sleidan. lib. 18 sub. fin. (7) Thuanus lib. 4. *Histor.* (8) Sleid. & Thuan. ibidem. Stransky cap. 8. pag. 369. (9) Thuan. lib. 21. Cluverus *Epist. Hist.* pag. 723. seq. (10) Christ. Matth. d. 1. pag. 774. (11) Sub anno 1558. (12) Ann. 1564, 25. Jul.

SYMBOLUM.

*Fiat Justitia, aut pereat
Mundus.*

Vel sit Justitiæ jam tandem plena potestas;
In Chaos antiquum vel ruat Orbis opus.

ETEOST. ANNI 1526.

Vt pVgnaX fVLsIt rVtILantI sCorpIVs AXe,
rVnC ReX eLeCtVs FERDINIANDVs erat.

MAXIMILIANUS II. Imper.

Rex Bohem. XVIII.

MAXIMVS AEMILIVS, iusto Genitore sepulto,
Ad malè per quosdã bella sepulta feror.
Tũc *Solymanus* (1) obit: miles tamẽ ejus ad Arcẽ
Sigeti durans, non nisi victor, abit.
Quid facerem? redeo: redeunti *Bœmia* plaudit;
Plaudenti meditor (quando meretur) opem.
Quodq; monet mala, laudo probã mãdoq; mo-
Efferriq; foràs imminuiq; veto (2). (netam,
Frugifer hinc annus *Cechia*, sed pestifer idem,
Quos hilares vidit, funera flere videt.
Hos simul exhilarat reditus meus, *aspra* tributis
Mox *Synodus*, solito longior illa (3), quatit.



Parcite *Boiemi!* creperi non alea Martis
 Definita, simul corripit arma, petit.
 Agnoscunt causam, simul ignoscuntq; Senatuma
 Cum renovo, Regno qui data damna levet (4).
 Sic meritis tantâq; fide sit libera, dixi,
 Relligio & *Superum* munus opusq; Fides (5)!
 Jâ promissa *MEORIA* Regna fuere *RVDOLPHO*,
 Texerat & *carum* pulchra corona caput.
 Lætus *EGO Gnati* fortunâ, lætus honore,
 Lætus & adventu, Cælica Regna peto (6).
 „ Quid possit *Nobis* tellus dare majus? honores
 „ Spectavi *Gnati* summaq; cuncta *Pater!*

(1) *Turc. Imperator.* Thuan. lib. 39. Cluv. d. l. pag. 730.
 (2) *In Comitibus Regni, Anno 1567.* (3) à 19 Decembri. Ann.
 1569 usq; ad 10 Jun. Ann. 1570. (4) *Factum id Anno 1570.*
 (5) *Vide Melchioris Goldasti de Regni Bohem. Juribus Appen-*
 di-

dicem, pag. 140, & Beylag/pag. 280. Stransky cap. 6. pag. 268. (5) Christian. Matth. d. l. p. 790 a. Stransky c. 8.

SYMBOLUM.

DOMINVS providebit.

Providet ac providit ab Æthere pro-q; videbit
Omnipotens DOMINUS grata mihi atq; meis.

ETEOST. ANNI 1549.

Nonabls Vt LVstrat terras LVX FebrVa, LeCtVs
ÆMILIVs Regno, CzeChla terra, tVo est.

RUDOLPHUS II. Imperat.

Rex Bohem. XIX.

SCeptra relicturus *mibi* cū *Pater* esset, ad Arcē
Visa colubrorum copia magna meam.
Hæc hostēs (*dixi*) Nobis portenta minantur,
Id metuens populos posco tributa meos (1).
Sensit ut ista *Getes* veritusq; laceffere promptos,
Abstinet, ac vires temperat *ipse* suas. (est,
Mars ubi cessat, amor *nostra* Themis aurea *Praga*
Permissu vulgat *qua* sua jura meo (2).
Pace tamen belli meminit, de milite quando
Lustrando *Synodus* non malè multa movet (3).
Neū desint nervi rerum Patriæq;, leguntur,
Qui videant, si quâ surgere *Cassina* queat (4).

G 5

Dum-



Dumq; domi pestis turbat comitata Cometē(5),
Augusta (6) AUGUSTUM me *mea* lata videt.
 Penè Trigono aqueo cuncti coiēre Planetæ,
 Idq; mei *Boii* (res quia rara) pavent!
 Accipe (*dicebam*) correctos Bœmia fastos (7);
 Accipit, & cessat, qui metus antè fuit.
 Fit quoq; post illud *mibi* copia Velleris aurei
Hispano socios accipiente novos (8).
 Intereà erroneas procul arceo ab Arce, per Urbē
 Arma vetans cœcâ nocte dolosa geri (9).
 Quid memorem *mea* Legatos ad *limina* missos,
Mosche, Polone, Getes, Tattare, Persa, tuos (10)?
 Jâ pavitās magno tremuit *mea* murmure sellus,
 Cùm, motus, *dixi*, res feret ista novos!

Et

Et tulit Hungariæ; bello quæ tacta triluſtri,
 Rettulit *auspiciis* sæpè *tropæa meis*.
 Testis Jaurinum, testes & fœdera, *Mecum*
 Quæ, belli expertus vulnera, *Turca* ferit (11).
 Jam per ME concessa *meo* & firmata (12) *Bohemo*,
 A *nostro* fidei quæ data *PATRE*, fides;
 Cùm mea *Passavius* properè rapit *Oppida miles*,
 Heû quanto, *Regnis* constitit ille *meis* (13)!
 „Ex illo fluere! at miseros jã comprimo questus,
 „Haud fas est nactos nobiliora queri.

(1) In Comitibus, Anno 1577. (2) Anno 1579. M. Daniel in
 Calend. (3) Sub anno 1580. (4) Anno seq. (5) Cluver.
 d. l. pag. 757. (6) Vindeliscorum, ubi Comitibus celebravit. D.
 Chytræus, Ann. 1582. (7) Calendarium Gregorianum. Bu-
 holc. ann. 1584. (8) Praga, ann. 1585, 2 Junii. M. Dan.
 in Cal. (9) Ann. 1587. M. S. (10) Stransky pag. 366.
 (11) De his omnibus vide Bucholc. sub anno 1590 usque ad an-
 num 1606. (12) Literis Majestatis, quas lege apud Goldast.
 d. l. (13) Cluver. pag. 764 & seqq.

SYMBOLUM.

A D S I T.

Adsit, adest, aderit, qui dirigit omnia, *CHRISTVS*,
 Hoc præſente mihi nemo nocere potest.

ETEOST. ANNI 1575.

CzeChla TE sCeptri DeCorabat honore, RO-
 DOLPHE,

Vt sol bls qVinto preſſerat aXe Libras.

MATTHIAS Imperator,
Rex Boh. XX.



Sint, quos facta juvet vivos sua tollere Cælo:
 Id melius pro ME publica fama facit.
 Hæc canit, ut fuerim *Belgicis* gratissimus Hospes,
 Dum belli *cure* tradita summa *mea* (1).
 Utq; *mibi* atq; tibi *mea*, redditus *Austria*, lætam
 Istriculis tulerim sæpè vocatus opem.
 Utq; memor meriti tanti prior *Hungarus* ultrò
 Crediderit *fidei* Regna virosq; *mea*.
 Utq; meos Moravos imitata *Bohemia* & Hunnos,
 Addiderit *sceptra* & sua Regna *meis*.
 Sic aucto *Imperii*, ut dederit quoq; fræna *Senatus*,
 Nomina de *septem* qui tulit apta *Viris*.

Ut mihi *legatos*, placidæ de foedere pacis
Acturos, *Getici* miserit aula *Ducis* (2).

Ut *mea* post alias *Cechicâ* redimita coronâ
ANNA sit (3), Una *meo* digna reperta *soro*.

Hæc & plura canit gratae vox publica famæ,
Cui si materiam dat *mea vita*, sat est. (gum

„Et dabit, addat opẽ modò, *QVO* sine lægvida Re-

„ *Dextera*, & ingentes, nil nisi pondus, opes!

(1) Bucholz. & Mercur. Gallo-Belg. sub anno 1577. (2) Tur-
carum Imperatoris legatus Pragam venit anno 1615. Mercur.

(3) Ferdinandi, Archiducis Austria, Filia. Anno 1616. Mer-
cur. G. B.

SYMBOLVM.

Amat Victoria curam.

Cur Victor requiescis? Amat Victoria curam,
Et, quem non speras, Hostis adesse potest.

ETEOST. ANNI 1611. FERIÂ

2 Pentecost.

Ætherel FLatVs splrabat Copla, Constans

MATTHIAS pLenè CzeChICa regna regit.

SERIES DUCUM, REGUM,

& INTERREGUM BOHEMORUM.

Ordo Ducum.	Anni Regim. CHRISTI.
1. Czechius.	17. 661. moritur.
2. Croccus.	39. 709. moritur.
3. Lybussa.	23. 735. mor.
4. Premyslaus I.	23. 745. mor.
5. Nezamyslaus.	38. 783. mor.
6. Mnata.	21. 804. θ. peste.
7. Vogenus.	19. 825. mor.
8. Wneslans.	5. 830. mor.
9. Cressomyslaus.	22. 852. mor.
10. Neclanus.	21. 873. mor.
11. Hostivitus.	17. 890. mor.
12. Borivogius I.	16. 906. abdicat.
13. Sbitihnevus I.	1. 907. moritur.
14. Wratislavus I.	9. 916. mor.
15. Wenceslaus I.	13. 929. Martyr.
16. Boleslaus I.	38. 967. moritur.
17. Boleslaus II.	32. 999. mor.
18. Boleslaus III.	42. 1002. deponitur.
19. Jaromirus.	7. 1012. pellitur.
20. Ulricus.	25. 1037. moritur.
21. Bretislaus I.	17. 1055. θ. febr.
22. Sbitihnevus II.	6. 1061. moritur.

Ordo REGUM

& Interregum.

Anni

Regim. | CHRISTI.

REXI.	Wratislaus II.	31.	1093. mor.
In- 1.	Conradus I.	femest.	eod. mor.
ter- 2.	Bretislavus II.	7.	1100. cōfoditur.
rex 3.	Borivogius II.	4.	1106. pellitur.
4.	Svatoplucus.	2.	1109. trāsfigitur.
5.	Wladislaus I.	16.	1125. moritur.
6.	Sobeslavus I.	15.	1140. moritur.
REXII.	Wladislavus II.	35.	1174. mor.
In- 7.	Sobeslavus II.	4.	1178. dejicitur.
ter- 8.	Fridericus.	12.	1190. moritur.
rex 9.	Conradus II.	1.	eod. θ. peste.
10.	Venceslaus II.	trimest.	1191. θ. Captiv9.
11.	Henricus I.	5.	1196. mor.
12.	Wladislavus III.	femest.	1197. resignat.
REXIII.	Premyslaus II.	32.	1230. mor.
IV.	Venceslaus III.	24.	1253. mor.
V.	Premyslaus III.	25.	1278. θ. in præl.
VI.	Venceslaus IV.	21.	1305. moritur.
VII.	Venceslaus V.	1.	1306. cōfoditur.
Int. 13.	Rudolphus I.	1.	1307. θ. dyssent.
rex. 14.	Henricus II.	3.	1310. pellitur.
REXIX.	Johannes.	36.	1346. θ. in præl.
IX.	Carolus Imp.	32.	1378. moritur.
X.	Vēcesl. VI. Imp.	41.	1419. θ. apoplex.
XI.	Sigismūd. Imp.	17.	1437. moritur.
XII.	Albertus Imp.	2.	1439. θ. dyssent.

Ordo REGVM	Anni Reginum CHRISTI.
XIII. Ladislaus.	17. 1445. θ. pest.
XIV. Georgius.	13. 1471. moritur.
XV. Wladislaus IV.	45. 1516. moritur.
XVI. Ludovicus.	10. 1526. θ. inpræl.
XVII. Ferdinandus Imper.	37. 1564. moritur.
XVIII. Maximilianus Imper.	14. 1576. moritur.
XIX. Rudolphus II. Imper.	36. 1612. moritur.
XX. Matthias Imperat.	8. 1619. moritur.



D 51 $\frac{16}{h_1 31}$

ULB Halle

3

006 659 721



U077

— — 3.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

CHIAS, HO
five
A HENETA,
& REGUM,
n Bojorum sedes
cupatas tenuerunt,
refuerunt ac profue
a *Φία* complexa,
udio
Campani Boh.
n. Praga edita,
s brevissimis, &c.
SCHKONII, T. B.
il illustrata,
s clo Ibc LX.
inâ MART. HERMANNI.

